TOMUS V.

RERUM MAGNI CONCILII CONSTANTIENSIS.



TOMUS V
RERUM UNIVERSALIS CONCILII CONSTANTIENSIS.

DE PRÆCLARO APPARATU
ET
INCOMPARABILI POMPA
MAGNI HUJUS CONCILII.

Quo ordine decore ac splendore infinitæ res sacræ & civiles confectæ.

Qui memorabilis in Oecumenico hoc primo in Germania Concilio in consultando ordo, cum venerabili universi cœtus dignitate,

CÆSARE SIGISMUNDO
tribus abhinc seculis primum adornatus,
Mox in Oecumenico secundo in Germania Concilio Basileæ avide admissus,
Nunc sera ætate

CÆSARE LEOPOLDO
resuscitatus,
FELICISSIMIS AUSPICIIS
SERENISSIMI PRINCIPIS

RUDOLPHI AUGUSTI
BRUNSVIC. AC LUNÆB.
DUCIS

In Germanicæ gentis Imperiique sacri gloriam perennemque posteritatis memoriam
Ex antiquissimis Codicibus MSCtis
CÆSAREIS, DUCALIBUS & ACADEMICIS
collustratus Opera

HERMANNI von der Hardt
Præpositi Monasterii Mariæbergensis, Academiæ Juliæ Professoris & h. t. Pro-Rectoris.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ
IN OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII
HELMESTADI, Typis SALOMONIS SCHNORRII, 1699.





Antiquæ hiſtoriæ amanti, & priſtina temporum fata contemplanti

Lectori S.



VINTUS hîc ſe conſpiciendum præbet TOMUS, diſpar prioribus mole, non minor dignitate. Siquidem hic tota Concilii Majeſtas, ex pulcherrimo ordine & Cæſaris Principumque & Magnatum venerabili conſpectu effulgens, oculis ſeſe lectoris ingerit.

Neque verò magis refert, ſcire, quid quondam in Eccleſia vel republica geſtum, quid definitum, quàm *quo pacto* rem ſint aggreſſi, *qua arte* molem ſuſtinuerint ac contra inſidias negotia & res arduas conficiendas præmuniverint, *quo denique animi motu* rem expediverint. Æque profectò utile reipublicæ, ſcire, *quomodo* ſe geſſerint majorès in rebus magnis inſtituendis vel abſolvendis, quam *quid* præſtiterint. Hoc ſi ſciant, non æque feliciter æmulabuntur, niſi & *viam à majoribus tritam* perviderint. Sæpe ſalubria conſilia ex majorum exemplis ſumta ſuo fruſtrantur fine, quod non conſtet ſemita, quam iniverant, qui præiverunt.

Quanquam enim non idem agendi modus omni congruat ætati, neque omnibus conveniat capitibus temporumque fatis, fit tamen haud raro, ut priſtina vivendi, agendi, conſulendi, penetrandi ratio prudentibus det anſam, ut levi admiſsâ mutatione in apta & congrua incidant remedia.

Ita quippe ſumus comparati, ut conſiliis juvari in rebus ancipitibus optemus omnes. Neque ulla vis mentis tam eſt excelſa, quin veſtigia præeuntium obſervet in via ambigua quæ in devia facile ſeducat. Neque adeo vel ſalubrius conſilium, vel tutius, quàm quod à proavis volutum, excuſſum, rebus admotum, mutatum, emendatum,

adeoque toties pro fatis temperatum, quoties fortuna vel prudentia postularet.

Felicius profecto succederent interdum negotia, si paria ab avis confecta curatius constarent, neque oblivio modum ab illis observatum obliterasset.

Tam etsi vero his seculis *Concilia Universalia* ne per umbram quidem comparuerint, nefas tamen, sepelire memoriam Conciliorum postremorum, quæ immensa mole Cæsares Christiani instruxerunt. Quin nostra in posteros eorumque commoda propensio nos urget, quin cogit, illa memoriæ ipsorum commendare, quæ ratione modi quoque nepotibus ex usu esse possint.

Neque enim diuturno temporis intervallo, ne dicam neglectu, jus posteris surreptum in Synodos universales. Quidni & illi ausint pro Ecclesia, pro republica, invigilare, uti majores fecerunt?

Quin imo, si nec æmulandi similiterque publicis commodis consulendi ullus contingeret locus, turpe tamen, majorum industriam nescire, prudentiam ignorare, sollicitudinem & infractum laborem non admirari. Indigni posteri partis à proavis opibus, paratâ tranquillitate, vindicatâ libertate, si negligant vel contemnant scire, quo sudore, quove labore pepererint tantas opes. Neq; conservari frequenter possunt, nisi eadem arte, quâ partæ & comparatæ. Neq; nominis dignitas vel famæ decor tribui constanter poterit progenitoribus optime meritis, ni sint, qui fortitudinem animi vel & sagacitatem atque prudentiæ partes recolant, ac in illis tanquam vivis monumentis exacte demonstrent.

Quandoquidem ergo illustrissimum hoc Constantiense Concilium, primum sub cœlo Germanico œcumenicum, ordinis decore & hospitum Majestate omnia alia Christianorum Concilia longissime superavit, indignum facinus credidimus, tenebris involvere hanc lucem, quæ suis radiis quondam totum collustravit orbem, ipsumque clarissimum penetravit orientem.

Ut ergo digne ac luculenter præstaremus, quod majoribus gloriosum ac posteris imitabile futurum, animus erat præcipuorum Principum, Magnatum ac Virorum eruditorum, quorum innumeri Constantiam confluxerunt, vitam & res gestas enarrare. Quod utinam vel tempus vel alia sivissent negotia publica, non minori fide expedienda.

Quo fine sollicite jam conquisiveramus antiquos codices MSCtos, quibus invictissimi præsertim & vere *Magni Cæsaris Sigismundi vita* quondam descripta.

EBERHARDI WINDECK,
CÆSARIS SIGISMUNDI
Ministri perchari,

VITA ET HISTORIA
IMPERATORIS SIGISMUNDI.

GRandi constat volumine hæc historia, Germanice conscripta ab Autore, in curia Cæsarea aliorumque Principum Imperii non ignoto nec

nec inviso, qui & Constantiensi Concilio interfuit, & quæ de rebus Cæsaris & Imperii refert suis pleraque vidit oculis. Ea nobis contigit felicitas, ut *tergeminus* nobis offerretur *Codex MSCtus*. Quorum primus nobilissimus Augustissimi Cæsaris LEOPOLDI inexplicabili gratiâ, ex admirabili Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis apparatu literario ad nos devenit. *Alter* Serenissimi Ducis GOTHANI, FRIDERICI, indulgentiâ ex Bibliotheca Ducali Ernestina nobis exhibitus. *Tertius* Perillustris Domini LEIBNITII, quem universus orbis literatus impense colit ac admiratur, luculento beneficio constat. Constitutumque in principio fuerat, hoc *opus historicum*, ad illustrandam Cæsaris Sigismundi gloriam, & Germanicæ gentis decus, huic volumini inserere. Cui vel *Cuspiniani* vel aliorum *Historica Sigismundi descriptio Latina* addi potuisset. Verùm partim prolixitas, partim temporis penuria, partim stylus germanicus ab hoc opere Latino alienus, suasit in aliud differre Opus, quod *de vita & rebus gestis Magni Cæsaris Sigismundi* seorsim aget. Ad quod novum opus Sacratissima Cæsarea Majestas, pro inexhausta in orbem literatum gratia, ex inæstimabili Bibliotheca Vindobonensi alia plura ad rem tantam, Cæsare & Imperio dignam, posterisque pergratam, conferre monumenta, clementissime definivit. Omnium numero tantisper compareat Carmen, Constantiæ à viro quodam docto in Cæsarem Sigismundum in Concilio scriptum, ac valvis Ecclesiæ Cathedralis Constantiensis A. 1417. d. 10. Martii, sub ipsa Sessione Generali XXX. affixum. Quod damus ex *MSC. Codice* antiquo *Lipsiensi*, h. t.

Metra, ad honorem Regis Romanorum Constantiæ compilata.

In MSC. Lipſ. *Vos, quorum longo turbavit tempore mentes*
Ecclesiæ clamor, continuusque labor:
Læta Sigismundo cantantes carmina Regi,
Æternum vivat, *dicite voce piâ.*
Nam meruit. Prudens hic rerum pondera solus
Sustinuit, cecidit cum quasi tota fides.
Schismata, queis noster tot jam labentibus annis
Torpuerat mundus, sustulit ipse valens.
Cumque lupum fugerent alii, bonus ipse remansit
Pastor, debetur cui bene cura boum.
Hic Domini pariter teneros servavit & agnos,
Et grege cum toto nunc bene pascit oves.
Dumq; alii Domini propria & sua comoda quærunt,
Hunc verum Regem publica causa monet.

Quot

Quot tulit expensas? Subiit quot sponte labores?
Christicolis sit pax omnibus utq; quies.
Imperiale decus & regni jura meretur
Ungariæ, titulis non minor ille suis!
Cæsar ut Augustus facto verboque vocetur,
Ostendit claris Magnus ubique modis.
Cur dedit indignis sors hæc sua nomina cœca?
Communis sermo dicere sæpe solet.
Inclytus hic Princeps, in quo fortuna videtur,
Se probat, & cœcæ crimina falsa tulit.
Qui legitis flores, & qui bona carpitis hujus
Vitæ, laudantes hunc celebrate virum.
Dignus & argento, fulvo quoque dignior auro.
Hæc ego non habeo, quæ Sibi pulcra darem.
Versiculos habui, mea quos donare voluntas
Magna fuit, clarum perpetuumque decus.
Hunc sua Majestas præ cunctis curat honorem,
Aurum cum donat plus sibi plusque placet.
De Pileo à patria Benedictus nomine dictus
Nunc Majestati carmina pauca dedi.
Et tibi conspicuis, Rex prudentissime, factis,
Sit mihi vita comes, plura daturus ero.
Accipe me minimos inter, Rex optime,
Cantantes animo nomen ubiq; tuum.
Et vos qui tantæ toleratis pondera molis,
Pastor ut exurgat, qui regat unus oves:
Parcite. Namq; elegis commisi verba caducis,
Quæ magis heroico carmine digna forent.
Sic Deus æternæ vobis det præmia vitæ,
Et bene conceptum dirigat æquus opus.

Hæc

Hæc subscripta in MSC. Lips.

Hæc cedula affixa fuit valvis majoris Ecclesiæ „ Constantiensis, die X. Martii, tempore Ses- „ sionis, in honorem Regis metrice composita. „

PLura si quis in Sigismundi laudem legere discupiat, evolvat *Theodorici Vrie Historiam Concilii Const.* quam *Tomo I. Parte I.* dedimus. Consulat orationes varias *Panegyricas*, superioribus Tomis recensitas.

Præcipue verò ad Cæsaris Sigismundi res civiles, in Constantiensi Concilio gestas, pertinent *Comitia Principum* frequentia, quibus in Curia Cæsaris *Constantiæ* de rebus Imperii disputatum, deliberatum, ac sententia definita. Quorum pluscula supra *Tomo IV.* suis subnotavimus locis. Nec diffitendum, pleraque illa à notariis Concilii minime tacta esse, cum nec ad publicum Concilii forum ac apertum Concilii Theatrum pertinerent. In Curia proinde Cæsaris in Monasterio Augustinianorum cum hæc agerentur, in Consessu Principum Ecclesiasticorum ac secularium ; In Principum ac civitatum imperialium aliorumque oppidorum scriniis ac tabulis reconditis quærenda indeque cruenda veniunt, quæ ad Comitia hæc Constantiensia attineant.

Cranzius res Lubecensium, aliarumque Saxoniæ inferioris civitatum, quæ coram Cæsaris tribunali Constantiæ quoad lites civium ac magistratuum versatæ, brevibus commemoravit.

Kornerus in Chronico MSC. Helmst. eandem attigit controversiam Lubecensium, Constantiæ in Concilio versatam : *Circa festum*, ait, *S. Jacobi Apostoli quatuor Proconsules civitatis Lubicensis puta Eilardus Stranghe, Hinricus Schawenborch, Marquardus Stucke, & Johannes Grave, missi ad Constantiam pro defensione civitatis illius, & pro impetratione quorundam privilegiorum novorum. Reversi sunt, secum ducentes quendam militem, Dominum scil. de Sidow, Regis Romanorum Ambasiatorem, ut ille Communitatem informaret de actitatis cum Rege ex parte civitatis prædictæ. Qui ipse corruptus promissione pecuniarum per supradictos quatuor, sinistram fecit informationem in populo, quasi illi quatuor maxima obtinuissent privilegia & omnia ad voluntatem expedivissent. Quæ quidem delusio plurima mala fecit in civitate prædicta.*

Est paulo post, de nova Lubecensium legatione : *Lubecenses quatuor de Consilio Constantiam miserunt ad defendendam causam suam contra antiquos de Consilio exulatos. Ubi magnam summam pecuniæ consumentes & causam perdentes, injustificati tandem redierunt, fueruntque ibidem juridice convicti & in pœnam banno Imperiali legitime subjecti. Quare, ad modicum tempus ut suspenderetur, promiserunt Romanorum Regi, viginti quinque millia florenorum se soluturos. Quæ solverunt. Rex etiam, qui indiguit pecunia, pro tanta summa Lubicensibus gratias tales literatorie dedit, licet contra jam datam suam sententiam essent, ut antiquum Consilium expulsum in æternum*

foris civitatem remaneret: Item ut Mechanici consulatum in perpetuum tenere deberent, & quod bannum imperiale jam promulgatum contra civitatem, vigorem habere non deberet.

Hæc tamen sub tali conditione tradidit eis, ut si prædictam summam Rex Lubicensibus non restitueret ante instans festum S. Georgii, ex tunc gratiæ illæ suum sortiri deberent effectum. Si verò ante dictum Festum restitueret, virtute carere deberent, proponens se soluturum omnino. Quod tamen præjudiciale fuit antiquo Consilio, qui causam lucrati fuerunt, nec decuit regiam honestatem.

Et paulo post: *Feria tertia post Festum Trinitatis antiquum Concilium civitatis Lubicensis, per novem fere annos exilium passum & expulsionem injustam, cum magna gloria introducitur in civitatem, a prætenso Concilio & Communitate.*

Et per Ambassiatores Sigismundi Regis Romanorum & civitatum maritimarum, ob eandem causam inibi missos, in sedem consulatus, quo prius privati tot annis extiterant, reponitur & collocatur. Et quia de eis exulantibus plures mors subtraxerat, puta Dominos Henricum Westhof, Gosvvinum Klingenberch, Brunonem Warendorp, Conradum de Alen, Hermannum Ibercb & Bernardum Plescovven, ideo die eodem sui ingressus debitum numerum integrantes nova electione Consilium superstites & introducti effecerunt, exclusis mechanicis, qui Consulatum vi sibi usurpaverant. Et deinde: *Quatuor Proconsules prætensi civitatis Lubicensis per civitatem ad Constantiam, prout in præcedenti notatum est anno, de mandato Ambassiatorum Regis Romanorum suprascriptorum captivi ducebantur, & bini ac bini turribus includebantur circa Festum S. Dominici Confessoris. In quibus tenti usque ad Festum S. Michaelis. Eripiebantur per eosdem Dominos Ambassiatores sub tali pacto, suis juramentis firmato, ut quantocius se præsentiæ Regis Romanorum offerrent, responsuri & se expurgaturi de objectis regalibus. Quod quidem pactum duo ex eis impleverunt, alii verò duo infirmitate præoccupati suos miserunt procuratores, spondentes se personaliter profecturos, quam cito convalescerent.*

Causa *Theoderici Robil*, Canonici Halberstadiensis, Constantiæ expedita, notata ab eodem *Kornero in MSC. Chronico: Fridericus Hake, & Fridericus Robili, Canonici Ecclesiæ Halberstadensis, lites in Romana curia super Præpositura dictæ Ecclesiæ habuerunt inter se. Tandem Fridericus eandem Præposituram sententialiter & definitive obtinuit. Lite verò sic pendente, Dominus Nicolaus de Walhusen, ejusdem Ecclesiæ Cancellarius, â quodam familiare prædicti Theoderici, eo præsente & consentiente, propter sequestrum sibi â judice directum, fuerat lethaliter vulneratus, & in crastinum obiit. Et propter hujusmodi homicidium idem Theodericus Constantiæ in Concilio fuit incarceratus, & una cum complice suo, Johanne Netting, per Dominum Albertum Episcopum de diœcesi & terra perpetuo exulatus.*

Alii *Annalium & Chronicorum Scriptores editoresque*, suis locis similia plurima attigerunt. Quæ nec colligere universa hactenus per tempus & fata licuit, sive ex scriniis sacris & Archivis Principum

atq; oppidorum, sive ex editis Historicorum scriptis, nec collecta huc sine colore referre decuit. Dandum aliquid vel tempori vel vitæ vel fortunæ. Quando beneficio Principum & Magnatum hæc ex sepulcris eruentur uberiora monumenta, non sine colore debito in lucem producentur.

Profecto augustum & vere magnificum Cæsaris Sigismundi negotium, quando Friderico I. Burggravio Norimbergensi Marchiam donavit Brandenburgensem, eoque fine Constantiâ è Concilio eum in Marchiam ablegavit ad occupandum sibique plene vindicandum ditiones laudatas. Quam rem brevibus expedivit *Autor Chronici Magdeburgensis MSCti* his verbis: In dem sulven Jahre, 1415. „ tog Marggrave Frederic van Brandenborg van Kostenitz, unde quam „ in S. Lucas Dage to Berlin in de Marcke, unde brochte Koning Sigismundi, unde Koning Wenceslai Breve van Behmen, vor Heren, Manne unde Stede der Marcke to Brandenborg. In dessen Breve was geschreven, dat Konig Segemund van Ungern, mit Vulbort Wenceslai, sines Broders, Koning Karels Söhne, dorch manniges Deenstes unde Woldaedt, de de vorgenandte Borggrave an öhn, unde an den öhren begahn unde gedahn hedden geven de Marcke to Brandenborg mit dem Köre des Rikes, up sodan Underscheidt: Were id Sacke, dat Koning Segemund to Ungern, unde Koning Wentzlau to Behmen ohne Erven Manns Geschlechte verstorven, so schol de Borchgreve Frederic, unde alle sine Erven, de Marcke to Brandenborg besitten to ewigen Tiden. Were idt averst, dat se Erven gevvunnen, de de vorgeschrevene Marcke vvedder to hebben begehrden, so scholden se deselbige lösen van Borggreven Fredericke, edder van sinen Erven, vor veirhundert dusend roder ungerscher Gülden. Unde de Heren, Manne und Stede, scholden der Huldigung nich loss syn, idt vvere denn, dat Borchgraven Frederik und sinen Erven de letste Pennninck van den vier hundert dusent Gulden vull unde vvol bethalet vvorde. Up dese Breve vvard Borggreven Fredericke van Nürnberge eine Arff-Huldigung gedahn van Heren, Manne unde Steden. Also quam de vorgenandte Frederick by de Marcke to Brandenborch. „

Hoc est, quod paucis expressit *Kornerus in Chronico MSCto. Fridericus Borggravius Norimbergensis factus est Marchio Brandenburgensis per Sigismundum Regem Romanorum, ad quem erat Marchia jure hæreditario & successione ordinaria devoluta. Qui eam dedit prædicto Friderico cum omni jure & attinentiis suis, filiis suis hæreditariam hæreditandam.*

Investituram quoque hujus Friderici augustam Constantiæ dein per Cæsarem factam ex Dacherio descripsimus *Parte VII.* hujus *Tomi V.*

FRiderico Marchione in Marchia sua præsente suborta controver-

ſia, in Concilio in Cæſaris curia coram tribunali mox compoſita. Epiſcopo quippe Magdeburgenſe, Gunthero Comite de Schvvartzburg, & Epiſcopo Brandenburgenſe Johanne de VValdavv illo tempore exiſtentibus, quando Fridericus Marchiam occupavit, liberatus è carcere ab Epiſcopo Brandeburgenſi Caſpar Gans de Potleſt, ita quidem, ut ante, quam è carcere Sigeſenſi dimitteretur, Friderico Marchioni cederet oppidum Lentz. Quamprimum igitur Fridericus Conſtantiam remeaverat, Caſpar ille Gans de Potleſt arcem oppidumque Sandavv Epiſcopi Magdeburgenſis invaſit ſibique ſubjecit.

Quam arcem cum fruſtra armis recuperare ſtuderet Guntherus Magdeburgenſis Epiſcopus, *in Conſtantienſi Concilio* per Fridericum Marchionem effectum *coram tribunali Cæſaris*, ut Sandovium reddere cogeretur Potleſtius Gunthero. Qua de re in laudato *Chronico Magdeburgenſi* MSCto: In dem Jahr 1416. des Fridages vor Pfingſten vvard Caſpar Gans von Potleſt von Herr Johann von VValdavv, de Biſchoff to Brandenborg vvas, los gelahten uht ſienen Gefanckniſſe, dar he boven tvve Jahr inne geſeten hadde, uppe den Schlote to Sigeſer. Vor de Fenckniſſe moſt he Marggreven Fredericke von Brandenborg vvedder loſs lahten Lentzen, vvelches ohm Pandes ſtundt vor XV. hundert behmiſche Schock Groſchen. Alſe deſſe Caſpar Gans uth der Gefenckniſſe loſs vvas, alſe de Marggreve von Brandenborch vvedder na dem Concilio to Coſtnitz getogen vvas, gevvan de ſulvige Caſpar Gans des Sondages na unſer leſen Fruvven Dage Krützvvihungen, mit Hulpe unde Rade Hern Balthaſars, Hern von VVenden, de Stadt unde dat Schlot to Sandavve, dat to der Tidt Hinrick van Iſenberg inne hadde. Do dat unſe Here von Maideborch vernahm, vvovvohl dat he dat mahl ſehr kranck vvas, vventhe he dat Feber hadde, fohr he doch to VVater, unde leidt de Sienen to Lande riden, unde beleyde vvedder dat Schlot to Sandavv, met tvve duſent Gevvapenden, unde ſchoten Für in de Stad, unde verbrenden ſe allmeiſtig. Da vvehrenden ſick de Viende, unde vervvundeten de Unſen ſo ſehre, dat ſe des Schlotes nicht konden gevvinnen. Alſo togen ſe vvedder aff, in S. Ruffi Dage. In deſſer Herefahrt verterden unſe Borger uſem Hern van Meideborch na boven tvve duſend Gulden, um des VVillen, dat dem Goddeshuſe to Meideburg ſus Sandavv affgevvonnen vvard, in guden truvven. In deſſen ſulffſten Jahre in S. Vits Dage kreig dat Goddeshus to Meydeborch Sandavv vvedder. VVente de Romiſche Konig hadde unſen Heren van Meydeborch verbodet to kamen to dem Concilio to Coſtnitz in eigener Perſon. Des tog unſe Here dar nicht hen, vvente he beſorgede ſick, dat he in ſinen Affvveſen groten Schaden an Lande unde Lüden nehmen mochte. Doch ſandte he to dem Concilio Hern Johan Redekin den Dohm-Decken, Meiſter Johan Kiritz, Ludolve von VVerberge, unde Geiſen von Steinvorde. Deſſe ſchickeden dat by dem Romiſchen Konige unde Marggraven Fredericke van Brandenborg, dat men dem Godeshuſe to Meydeborg Sandavv vvedder ſcholde afftreden, devvile id öhme in guden Truvven unde Geloven affgevvunnen vvas. Unde

„ dit Werff brachte Hertog Albrecht von Sachsen to Lande. De Antwer-
„ de unsem Heren von Meideborg, Bischop Gunther, Sandaw wedder in.

Quoniam ergo incidimus hac occasione in illustrissimam *Domum Schvvartzburgensium*, nefas sit præterire, varias inter ipsos quoq; Comites Schvvartzburgenses in Constantiensi Concilio in Comitiis fuisse versatas controversias. Quas attigit *Paulus Jovius* in Chronico Schvvartzburgensi MSCto. Tantoq; lubentius illud hic præstamus, quanto gloriosior memoria *GUNTHERI, Comitis Schwartzburgensis*, supremi aulæ Cæsareæ Judicis, in Concilio & Comitiis Constantiensibus: Qui & Constantiæ defunctus, uti ex Tomo IV. liquet.

„ Nach dieser Zeit, inquit *P. Jovius*, vvaren *Graf Heinrich*, sampt seinen *Brudern, Graffen von Schvvartzburg*, Herrn zu Leutenberg, und *Graff Gunther zu Schvvartzburg*, Herr zu Ranis, eines Theils, und denn *Graff Heinrich* und *Gunther*, Gebrüdere, *Graffen von Schvvartzburg*, Herr zu Arnstadt und Sondershausen, und *Graff Gunther*, Herr zu Scvvarzburg, andern Theils, streitig vvegen etlicher ihrer Lehen, Bergvverck und Wildpane, und gerithen dahin, dass sie A. 1415. *auf den grossen Concilio zu Costnitz* die Sache an den Kayser, sie zu entscheiden, gelangen lassen. Darauf vvurde von den Kayser den Burgemeistern und Raht der Stadt Erffurth committiret und aufgetragen, dass sie sich, als Kayserl. Deputirte arbitri, zum fleissigsten bemuhen solten, solchen streitigen Handel abzuhelffen, auch endlich gantz und gar zuversuchen, ob er zuvergleichen und beyzulegen seyn möchte.

„ Desgleichen beklagte sich auch Anno 1417. *Graff Heinrich von Schvvartzburg*, Herr zu Leutenberg, und an statt seiner Gebrüder, *über Grafen Gunthern* den XXXII. Herrn zu Schvvartzburg, vor hochgedachten Kayser und *Concilio zu Costnitz*, vvegen etzlicher Brieffe, die ihm und seinen Brüdern zustunden, vvelche gevvesen, (vvie in der Klage nahmhafft gemachet vvorden) uber folgende Oerther, nemlich uber Schlos und Stadt Leutenberg, Schlos und Stadt Remda, Schlos und Dorff Langevviesen, so nunmehr ein Marck-Flecken, mit allen ihren Zugehorungen, item uber Lentzendorff, Ihamen, Gliede, Lonitz, Hersdorff, Grüne, Wietensberg, Gortzbach, Usel, Hevendorf, Schnidbach, uber die Guther zu der Lichten, Wittichendorf, Rhode, Steinbach, Zelle, und uber die Probstey und Behausung daselbsten, uber Kutschert, Kockeritz, uber die Schmitten daselbst, uber Lockevvitz, Lasen, Arenbach, Dolen, Kneblichsdorf, Fischersdorf, Breteritz, Duschnitz, Eichich, uber die Fischvvasser, die Sorvvitz und Loqvvitz, uber Löhmen, VVunschvvitz, Steisdorf, Schvvendigen, Ilmen, Alten Gesesse, Rupelsdorf, VVeisebach, Hersbach, Schvveinbach, Ezelrode, SuntRembda, AltenRembda, KirchRemda, Hausberg, uber das Holtz Espich, uber den Dryberg, Eichholtz, uber die Fischvvasser, und Muhlen, uber die Probstey der Closter PaulinCell, und Ilmen, in derer einen seine Vorfahren und er ihr Begrabnuss gehabt, und noch hette. Welche Briefe *Graff Gunther* ihnen unbilliger vveise vorenthielten. Darauf vvurden Grafen Gunthern, als Beklagten, von Grafen Gunthern von

„ Schvvartzburg, Herrn zu Ranis, Kayserl. Hoff-Richtern, ernstlich „ auferleget, die Briefe uber bemeldte Schlosser Stedte und Dorffer, (deren zvvar nunmehr viel vvüste und ode liegen) die Graf Heinrich „ in Posses und Gevvehr hatte, ihm unverzuglichen zu antvvorten, „ die Briefe aber, so gemeine Herrschafft betreffen, solten in gesamte Vervvahrung gebracht, und eingeleget werdē, derē sie sich beyderseits „ jeder zu seinē Rechtē gebrauchen mochten. Und geschahe dieser Aus- „ spruch zu Costniz, in dē Closter zu dē Augustinern, Freytag vor Jubilate.

In diesen Jahr (nemlich 1416.) als der Konig zu Dennemarck und „ die Hertzogen von Holstein mit einander in Streit lagen, und endlich „ die Sache an den Kayser gelangete, vvurden die von Holstein nach „ Ofen citiret. VVelcher Citation zu folgen einer von denen Furstlichen „ Räthen vviederrathen, in Betracht, dass die teutschen Fursten sich „ dieses Privilegii zugebrauchen, dass sie nicht schuldig an Oerthern, „ ausserhalb des Reichs Grentzen zustehen, und konte man also die „ Sache vvol *zu Costnitz* in Verhor ziehen. VVann nun Cranzius sa- „ get, Sax. X. c. 28. ejus Privilegii Conservatorem esse *Comitem de* „ *Schvvartzburg*, scheinets, dass solches mehr von diesem Graff Gun- „ thern, der sich als Kayserlicher Cammer-Richter etwa dieses Privi- „ legii und des teutschen Fursten Rechts tapffer angenommen haben „ mag, als von den gantzen Hause Schvvartzburg zuverstehen. Im- „ massen sich Cranzius l. c. eben auf diesen Holsteinischen Raht bezie- „ het, welcher ebenfals in Singulari gesaget haben soll: Fertur Comes „ Schwartzburgicus esse Conservator Privilegii.

A. 1417. hatten sich dieser Graff Gunther und sein Vetter, *Graff* „ *Heinrich von Schvvartzburg, Herr zu Arnstadt und Sondershausen*, „ des Namens XXIX. vvegen etlicher Uhrkunden, ihre Herrschafft „ unter einander betreffend, geuneinet. Sonderlich vvurde Graf Heinrich „ von seinen Vetter, Graf Gunthern beschuldiget, vvie er ihm die Briefe „ uber folgende seine Herrschaft, Stadte, Dorffer, und andere Guther „ auf und vorbehielte, als uber Schloss Ranis, Schloss und Stadt Pöse- „ neck, item uber Obern und Nieder Krölich, uber Zelle, Rockendorf, „ Obern und Niedern VVasdingborn, grossen und wenigen Kams- „ dorff, Gosswiditz, Buche, Olsin, Sulzele, Dobyan, VValsdorff, „ VVilhelmsdorff, Saltzthal, SibithenRode, Ritzwende, und uber „ die Schmitten an der Saal gelegen, genandt die Borthe, den Schel- „ tenberg, Kositz, Obetz, Grevvendorff, Rappevvitz, Trainrode, „ Valnrode, Smerde, und uber die Voigtey der Pfarre zu Krölip, „ uber das Holtz die Borth genandt, und das Gehege bey Rockendorff „ und den Sperbersbach, uber alle Fisch-VVasser und Höltzer, item „ uber Rudolffstadt, Treuhelden, Ezelbach, Niedern Hasela, Redwitz „ Kirchhasela, Oberhasla, Dichvveiden, VViesersral, Techreden, Am- „ lingsteten, Hermirsdorf, Judesdorf, Hopfgarten, Eschdorf, das Saltz- „ wargel Eichenfeld, Schala, Merla, Volckstet, Cunbach, Kolckevvitz, „ item uber das Schloss Ehrenstein, grossen und kleinen Liebringen, „ Densteten, Ferstet, Navvinden, Tichmannsdorff, Osteried, Buns- „ tal, Korsiz und VVestendorff, &c. Kam auch so veit, dass gedachter beschul-

beschuldigter Graff Heinrich A. 1417. von Grafen Gunthern den Kayserl. Hoff-Richter *vor das Kayserl. Hoff-Gericht gen Costnitz* citiret vvorden. Da an statt des Hoff-Richters, vveil er nicht zugleich Actor und Judex seyn können, gesessen Graff Conrad von Fryburg, Herr zu VVelschen Neuburg. Von vvelchen dann nach Verhör der Sachen, Grafen Heinrichen den 25. April *im Augustiner* Closter *zu* Costnitz ernstlich auferleget vvorden, die Documenta uber erzehlte Stedte, Schlösser und Dörffer, so Graff Gunthern aiganthumlich und erblich zustunden, ihm auszuantvvorten, die Brieffe aber, so die gesamte Herrschafft concernirten, solten zu jeglichen Theils Nothdurfft in gemeine Vervvahrniss eingeleget vverden.

Ceterum quemadmodum *Cæsaris Sigismundi*, ita & quatuor Pontificũ qui vel Constantiæ in Concilio adfuere, vel ejusdem sententiâ absentes sede moti, vitam & fata hoc Tomo pertexere animus erat. Verùm *Johannis* res ex superioribus *Tomis* omnibus, præsertim *secundo*, ceterorum ex *Platina* vel aliis Pontificum Panegyristis cognosci aliquo modo possunt.

Quam grande autem foret volumen, sed quàm lectu jucundum, & ad illustrandam historiam Concilii Constantiensis mirum quantum collaturum, si *Imperii Electorum*, qui Concilio interfuere, *Principum, Comitum, Baronum, Nobilium*, deinde *Cardinalium, Archi-Episcoporum, Episcoporum, Abbatum, Doctorum, Theologorum, JCtorum, Medicorum, Politicorum, Philologorum, Oratorum, Historicorum, Poetarum*, scriptis quoque de orbe literato optime meritorum, qui Constantiæ in Concilio floruere: Si horum, inquam, omnium vel præcipuorum res in Ecclesia & republica inque ipso Concilio præclare gestæ ex antiquis tabulis curate pertexerentur. Dolendum profecto, parcius majores descripsisse ac literis consignasse virorum eruditorum vitas, facta & fata, quæ exemplo essent posteris. Acquiesceremus, dummodo in Collegiis, Monasteriis, Academiis, extitissent, qui exemplo Cornelii Nepotis, qui Imperatores ac fortes viros Græcorum brevi stylo recensuit, reipublicæ literariæ capita nervose descripsissent. Ast inanis querela, cui nulla reliqua est medela. Contenta proinde posteritas sit oportet brevibus lineolis, quibus majorum memoria à Viris eruditis quondam conservata. Illisque eo nomine literaria respublica merito gratias dixerit, qui Chronologos & historicos veteres, valde concisos licet & admodũ breves, ex pulvere eruere, quin hodie maxime situm & squalorem detergere ac in lucem producere allaborant. In quibus & illi vitam recuperant ac veluti resuscitantur, qui Constantiensis Concilii res curarunt sedulo, ex remotis orbibus in Germaniæ oras, Constantiam delapsi.

Exempli numero, *Anglorum* qui Constantiæ claruere, sunto reliquiæ, à *Warthono* in *Anglia Sacra* collectæ & conservatæ.

De Johanne Catricke, qui ex Cathedrali Ecclesia Menevensi ad Ecclesiam Lichfeldensem & Coventrensem translatus est mense Maji Anno Domini 1415. ex Registro Chichlei: *Johannes Katrick seu Keterich, Episcopus Menevensis, ad sedem Lichfeldensem translatus est bul-*

lâ Papali 1415. 1. Febr. Professione facta, spiritualia ab ArchiEpiscopo accepit die 21. Junii. Anno 1417. in Concilio Constantiensi præsens, ad quod medio anno superiori profectus fuerat, unus ex 30. electoribus constitutus est, qui è diversis nationibus electi Martinum V. Pontificem die 11. Nov. autoritate Concilii designarunt. Mense Spetembri ejusdem anni in Concilio obierat Robertus Saresburiensis Episcopus. Eodem die Cardinalis de Ursinis Episcopus Albanensis datis ad Henricum Regem literis enixe petit, ut Johannes Roberto successor detur, summopere prædicatis gravitate ejus, fide atque eruditione, quæ in Concilio enituerant. Addit nonnemo, universum Cardinalium cœtum in ejusdem favorem scripsisse. Cardinalis certe Albanensis literas autographas vidi. Exoptatam tamen dignitatem Johannes obtinere non potuit, seu Rege seu Capitulo Sarisburiensi renuente. Soluto Concilio, Florentiam in Martini Papæ comitatu migravit. Ubi audito Edmundi Episcopi Exoniensis obitu, ad sedem Exoniensem à Papa transferri obtinuit, bulla translationis apud Florentiam data A. 1419. 20 Nov. Brevissimo siquidem tempore recenti dignitati superstes. Sub finem u. mensis sequentis apud Florentiam obiit.

De Wakeringio. Dns Johannes Wakering, vir per omnia pius & pudicus, castus, munificus, dapsilis & mansuetus, custos privati sigilli regii. Cujus promotionis tempore schisma quasi generale fuit in Ecclesia. Tres enim regnaverunt Antipapæ. Et igitur ne regnum Angliæ cuiquam schismatico in aliquo confaveret, electus prædictus per Henricum Chichele Canturiensem ArchiPræsulem confirmatus & consecratus fuit sub Rege Henrico V. anno regni sui IV. & Anno Domini 1416. Quo tempore celebratum fuit sacrum Concilium Constantiense, ad quod destinatus fuit, cum aliis Ambassiatoribus per Regem Henricum prædictus Episcopus. Cujus sacri Concilii labore cessavit schisma prædictum, & in eodem Concilio electus fuit in Papam Martinus V. qui post suam inthronisationem prædicti Domini Episcopi confirmationem & consecrationem gratanter ratificavit.

Nicolaus Bubwith 21. Episcopus, vir utrobique discretus, ac in spiritualibus & temporalibus circumspectus & providus, maneriorumque Episcopatus sui sedulus reparator: Ipse prius fuit London. dein Sarum, postea Bathoniensis Episcop. Ipse etiam antiquas libertates Episcopatus sui literis regiis confirmavit, & eundem Episcopatū suum novis libertatibus ampliavit. In notis Editoris: Nicol. Bubwith, supremus Angliæ Thesaurarius, qui spiritualia Episcopatus Sarum ab Archi-Episcopo Cantuariensi acceperat 1407. 2. Octobr. ad Episcopatum Bathoniensem à Gregorio Papa provisus die 7. ejusd. Mensis, spiritualem illius jurisdictionem ab Archi-Episcopo apud Maydenston recepit A. 1408. 1. Apr. eodemque die temporalia à rege obtinuit. Anno 1414. ad Concilium Constantiense legatus, iter iniit sub finem anni, & in electione Martini V. Pontificis A. 1417. 11. Nov. unus ex 30. electoribus constitutus, suffragium tulit. Obiit A. 1424. 27. Octobr.

De

De Toma Polton Anglo & Henrico Wintoniensi,

Inclytis in Constantiensi Concilio viris.

WArthon: *In Actis Concilii regii sub Henrico VI. reperio conclusum inibi fuisse*, 1426. 14. *Jan. ut Thomas Polton, Cicestrensis Episcopus, ad Episcopatum Wigorniensem transferretur. Hunc itaque Martinus V. Papa, præstito pro more bullæ provisionalis ministerio, transtulit* 1426. 27. *Febr. Eidemq; Archi-Episcopus, accepta obedientiæ professione, spiritualia commisit* 1426. 26. *Apr. Ad Curiam Romanam pro regiis negotiis expediendis profecturus, testamentum condidit* 1432. 6. *Dec. quod post mortem ejus in Curia Archi-Episcopali probatum est* 1433. 18. *Octobr.*

Henricus Beaufort, Johannis Lancastriæ Ducis ex Catharina Swinforda filius, Episcopus Lincolniensis, Henrici Regis fratris sui opera spiritualia Episcopatus Wintoniensis accepit. A. 1405. 18. *Martii. Dignitatem Cardinalitiam à Martino V. Papa impetraverat in Concilio Constantiensi. Ad Concilium siquidem venit* 1417. 31. *Octob. Mense sequenti Martinus Papa electus est. Die* 28. *Dec. Martinus edita in Concilio bulla Henricum tunc præsentem Cardinalem renunciavit (nullo tamen assignato titulo) & Legatum suum in Anglia, Wallia & Hibernia constituit: Seque creationem tempore opportuno publicaturum & insignia Cardinalitia ipsi missurum esse, in eadem promisit. Extat ea inter Epistolas Bekintoni. Henricus autem Archi-Episcopus Cantuariensis scripta ad regem egregia epistola, quæ apud Arthurum Duck in vita Chichlei prostat injuriam potestati regiæ & Archi-Episcopali exinde factam conquestus, regi autor erat, ut Henrico VVintoniensi Cardinalis aut Legati dignitatem interdiceret. Defuncto demum Rege, utramque dignitatem Henricus A.* 1426. *recepit.*

Conferre omnino juvabit *Vitam Henrici Chichele, Archi-Episcopi Cantuariensis*, ab Arthuro Duck conscriptam, & à *Guilielmo Bathesio* in *Vitis selectiorum virorum* recensitam. Quod enim illo Archi-Episcopo Concilium Constantiæ celebraretur, in *Vita illius* complufcula commemorata de viris inclytis, *Legatis Anglis*, ad Concilium vel à Rege vel ab hoc Archi-Episcopo missis. Neque verò solers lector Vitæ autori imputabit, quod in rebus Concilii referat, quod Cæsar Sigismundus Johannem *Papam* fugitivum *assecutus gladiatoris aut venatoris more amictum coram Concilio stiterit.* Neque enim Cæsar ipse eum insecutus, neq; Papa in fuga tali habitu deprehensus neque Constantiam retractus, multo minus Concilio exhibitus, qui captus in vicinia Gothlebiæ fuit retentus. Ex primo verò fugæ colore error autori facile subnatus.

Trithemius, Pantaleon, Bruschius, Gesnerus, & alii, viros *Germanorum* eruditos Constantiæ in Concilio claros, Episcopos, Abbates, Doctores, commendarunt. Quorum concepta hic longa serie referre verba nec locus nec tempus admittit.

Quemadmodum autem *Cæsaris* Majestas & *Magnatum* autoritas magnam Concilio conciliarunt dignitatem, ita & *Insignia* horundem, foribus hospitiorum affixa, pulchre picta & exornata, venerationem

haud vulgarem ſpectantium oculis ingeſſerunt. Quæ cauſa fuit, quare & nos non potuerimus, quin hoc Tomo luculenta iſtæc *Concilii ornamenta* & præfulgida *oculiferia*, Principum & Magnatum, Conſtantiæ præſentium, *Arma*, quæ vocant, ſeu *Inſignia*, non quidem omnia, ſed vel præcipua vel ſelecta *æneis tabulis* exhiberemus. Conſtantiæ quidem hodienum *in MSCto Codice* pereleganter picta ſupereſſe iſthæc Arma, præclaro Conſtantienſis Concilii ornamento, illuſtris Pregizerus teſtis oculatus nos docuit, Verum oculis noſtris Conſtantiam inque tabulas conditas penetrare minime datum. Quare dedimus, uti reperimus in

ULRICI REICHENTHALII
CONSTANTIENSIS CANONICI
Hiſtoria Germanica Concilii Conſtantienſis.

CAnonicus hic Conſtantienſis, vir ſpectabilis, & Principibus carus, Concilii faciem coram eſt intuitus, à primo exordio, fronte ejus detectâ, donec fine impoſito obnuberetur. Quamprimum Cæſar Sigismundus Laudæ in Italia cum Papa Joanne XXIII. convenerat de Conſtantia pro Concilii ſede eligenda, eoque fine Papa Exploratores Conſtantiam ablegaverat, qui de loci ſitu atque conditione circumſpicerent: Eberhardus Comes de Nellenburg rem omnem ſtatim ante ferias Natalitias A. 1413 Ulrico noſtro Reichenthalio aperuit. Eique commiſit negotium, Conſtantiæ de neceſſario commeatu diſpiciendi, eaque omnia mature apparandi, quæ ex uſu forent. Ipſique exploratores Conſtantiam delati, Ulricum Reichentalium noſtrum precibus fatigarunt, utpote virum ſolertem rebusque agendis aptum, qui exploratoribus laudatis hanc navaret operam, ut vicinæ Ergoviæ præſidia naturæque beneficia, pro ſervando alendoque Concilio neceſſaria, commonſtraret.

Quod & præſtitit. Et quanquam Italis ſpectatoribus non univerſa arriderent, qui Germaniam pene ex Johannis Papæ inſtinctu nauſeabant, ſtetit tamen ſententia reliquorum exploratorum, ipſiusque Reichentalii, ut regio Conſtantienſis aptiſſima Concilio judicaretur. Hic ergo ut vidit dein in Concilio univerſa, ita pars fuit non poſtrema magnorum quorundam negotiorum. Cæſarem Sigismundum Principes atque & Magnates in Concilio præſentes, in ſuo prædio Conſtantiæ vicino lautiſſime ſub ipſo Concilio excepit. Huſſi ſupplicio tam prope adſtitit, latusque Principum clauſit, ut cum rogo Huſſus jam immineret, de Confeſſore cum Huſſo diſſerere à Principibus juberetur Reichentalius. Qui juſſa executus, Huſſum interrogavit, quæreretne Confeſſorem? Nominavitque Sacerdotem eruditum, Epiſcopi Conſtantienſis & Concilii autoritate inſtructum, haud longe abſentem, mox vocandum. Quem & ad Huſſi deſiderium ipſe vocavit Reinchentalius, Ulricum nempe Schorandum. Qui Reichenthalii juſſu acceſſit, ac de confeſſione multa cum Huſſo diſſeruit. Hic proinde vir graviſſimus atque inter Magnates in Concilio ſpectatiſſimus

tiſſimus, oculatus teſtis, res Concilii quæ ad pompam & ſplendorem ſpectant, germanico idiomate conſignavit. Editumque hoc *opus Hiſtoricum* eodem ſeculo, inventâ Typographia, *Auguſtæ Vindelicorum* A. M. CCCC. LXXXIII. in Folio, hac in fine formulâ: „Hie endet ſich das Concilium-Buch geſchehen zu Conſtentz. Darinn man findet, „vvie die Herren Geiſtlich und VVeltlich eingeritten ſeyn, und mit „vvie viel Perſonen. Auch ihr VVapen gemahlet, und vvie ſie abgeſchieden ſeyn. Auch die Sachen die darinn geſchehen ſeynd, hüpſch „und gerecht. Gedruckt und vollendt in der Kayſerlichen Stadt „Augſpurg von Antoni Sorg, am Aftermontag nach Egidii, do man „zehlt nach Chriſti Geburt M. CCCC. und in dem LXXXIII. Jahre.

Hoc *Reichenthalium opus* non quidem ex ſtylo vel aptiore ordine, cum uterque priſtini ſeculi referat neglectum, valdopere æſtimandum: Ex integritate tamen fideque autoris, puraque & ſimplici recenſione rerum omnium, ingens meretur pretium. Quod illi lubentes poſuere Viri quique cordati omnibus ab illo tempore ſeculis. Adeo ut hujus fide nixi præcipui Hiſtorici fata laudati Concilii commemorarint. *Nauclerus* veſtigia Reichenthalii ſedulo ſectatus, non diſſimulavit ducem. Idem præſtitere & alii. Aſperitati quoque ſtyli illius temporis accenſebit, qui molliſſime interpretabitur, quam leget explicationem vocis in chartacea infula, capiti Huſſi ante rogum impoſita, f. 32. *Hæreſiarcha, das iſt im teutſch, ein Vaß, do alle Ketzerey in beſchloſſen iſt.* Quod paulo poſt, rectius forte edoctus, paululum emollivit, f. 38. *Hæreſiarcha, das iſt als viel geſprochen, ein Ertz-Biſchoff aller Ketzer.* Quod infeliciori ſeculo dandum.

Repetita dein ſuperiori ſeculo Reichenthaliani operis editio paulo nitidior, pro ætate elegantiore, *Auguſtæ Vindelicorum, Anno M. D. XXXIV.* ſervatis iisdem figuris, & ſtylo, minus pro ſeculi illius nitore comto, novâ præfatiuncula per Typographum excuſato. Præſtat ſiquidem in reſuſcitatis antiquis monumentis ſervare veſtigia vetuſtatis.

Quo autem fine miſimus *Reichenthalium*, ne ſcil. prolixiora ſcripta Germanica Latinis miſceremus, eâdem ratione diſſimulavimus & *Dacherium*.

EBERHARD DACHERS von Conſtentz Ordentliche Beſchreibung der groſſen Pracht des Coſtnitziſchen Concilii.

Vir hicce eruditus, Reichenthalio familiaris, in curia Electoris Saxoniæ Rudolphi in Concilio valde ſpectatus, à laudato Electore ad hoc admotus officium, quod Saxoni Mareſchallo Imperii competebat, qui exploraret, qui in Concilio hoſpites, & quæ illius eſſent ex hoſpitum numero vel dignitate fata. Cujus officii ratione eo usque fuerat penetrandum, ut & meretricum Conſtantiæ in Concilio exi-

existentium numerum explorare, etsi invitus, aliquando cogeretur. Quod his ipse prodidit verbis: *Auch muss ich schambarlich schreiben, darzu zwang mich mein gnädiger Herr, Hertzog Rudolph von Sachsen, der zu Costnitz Marschalck was, dass ich erfahren must, wie viel offender Frauen zu Costnitz weren, und gab mir einen zu, der gut zu solchen Sachen was, Burgkarten von Haggelbach. Also ritten wir von einer Frauen Hauß zu dem andern, die solch Frauen enthielten. Und funden in einem Hauß etwan 30. in einem minder, in dem andern mehr, ohne die, die in den Stellen lagen und in den Badstuben. Und funden also gemeiner Frauen bey 700. Da wolt ich ihr nicht mehr suchen. Da wir die Zahl fur ihn brachten, da sprach er, wir solten ihm die heimlichen Frauen auch erfahren. Da antwortete ich ihm, daß seine Gnade das thete, ich wehre es nicht mechtig zu thun, ich würde vielleicht um die Sach ertodtet, und mochte auch finden des ich nicht gerne hette. Da sprach mein Herr, ich hette Recht. Und das bestund also.*

Longe verò meliori ordine *Dacheriana* hæc *Historia* contexta quam *Reichenthaliana*. Mutuam certe operam in scribendo sibi præstiterunt Reichentalius & Dacherius, qui pari usi in spectando atque observando fortunâ, quorum utrique datum erat, coram, Constantiæ in Concilio universa contemplari atque ad Principum conspectum & colloquia familiariora proximius & frequentius admitti. Ut *fidus* uterque & *oculatus* sit tantarum rerum *testis*. Dacherii sane mens ingenua & in Ecclesiæ salutem propensa, ex eo clare elucet, quod indigne tulit, Reformationem status Ecclesiastici, â Cæsare Sigismundo tam impense quæsitam, fine suo Constantiæ in Concilio frustratam. Quo de in Præfatione aperte conqueritur, & artes Reformationem declinandi, ad tempora usque Basiliensis Concilii (quæ itidem vidisse non dissimulat) exercitas, haud obscure detestatur. Inter alia inquit, *Das Concilium ist zergangen, und kein Reformation, wie der Kayser begehret und gewolt hat, gemacht worden. Welche Reformation biß heutigen Tag, die Geistlichen und auch Weltliche scheuen.*

Ceterum *Reichenthalius* quidem lucem vidit, *Dacherius*, quod sciam, hactenus nondum. Quare hic eundem sistere volupe quidem fuerat, verum *idioma Germanicum* obstitit, quo minus locum hic inveniret. Dabimus autem, si volet Deus, *ex MSCto Wolfenbüttelensi*, quando *Tomum Scriptorum Germanicorum, ad Constantiense Concilium pertinentium*, edemus: Ubi Reichenthalii latus claudet Dacherius, qui, familiaritate olim conjuncti, suis cuncta viderant oculis.

Reichenthalio & Dacherio jungi potuisset *Stumpfius*, qui superiori seculo, puriore stylo, Concilii Constantiensis res gestas & celebritatem ejus enarravit. Cujus operis hoc frontispicium.

Des

DEs groſſen gemeinen Conciliums, zu Conſtentz gehalten, kurtze, doch gründlichere und vollkommnere, dann vor nie in Deutſch geſehen, Beſchreibung, was täglich von einer Seſſion zur andern in Geiſtlichen und weltlichen Sachen darinn und darneben gehandelt iſt, allen gutherztzigen Chriſten, beſonder dieſer Zeit, nutzlich zu leſen. Durch Johann Stumpffen.


Item von Johann Huſſen und Hieronymus von Prag, wie die gen Conſtentz kommen, und was mit ihnen gehandelt iſt, auch von ihrer Gefengkniſs, Geſchrifften, Epiſteln, Büchern und Artickeln, wormit ſie überwunden, und wie ſie zum Tode verurtheilet, auch abgeſchieden und geſtorben ſind.

Sampt warhaffter Beſchreibung des Krieges, der ſich in ſelben Concilio zwiſchen Kayſer Sigmunden und Hertzog Friderichen von Oeſterreich zugetragen hat, darin gemeine Eid-Genoſſen aus Kayſerlichem Gebot das Ærgow erobert und eingenommen haben.

TIguri edita hæc hiſtoria Stumpfiana, etſi locus non ſit expreſſus, ſicuti nec annus notatus. Inſcripſit opus Heinrico Bernwald, Præpoſito Embracenſi.

Nos autem pari cum ſuperioribus vel majori jure Stumpfium etiam miſimus, non ſolum quod Germanicam referat dialectum, ſed & quia paulo recentior. Leget ergo aliquando veſtigia Reichenthalii & Dacherii, quando illi præibunt, in publicum prodeundo, quorum in ſcribendo filum paſſim fuerat ſecutus.

Latent *Tiguri*, *Conſtantiæ*, ac in vicinis Helvetiæ atque Sveviæ oris, *alii* quoque *rerum Conſtantienſium Scriptores*, hactenus inediti, Germanico & Latino idiomate ornati, viris perilluſtribus, Dn. *Valkenirio*, Batavorum ad Helvetos Legato, atque *Pregizero*, intimo



Ducis Wurtenbergici Consiliario, visi atque lecti. Quorum copiam *SERENISSIMO DUCI RUDOLPHO AUGUSTO* benigne sunt polliciti, ejusque adeo impetrandæ spes nos alit serena.

Quemadmodum autem laudatos *antiquos Constantiensis Concilii Scriptores Germanicos* tantisper seposuimus, ita vel prolixitate deterriti, vel temporis angustiâ avocati, in aliud opus & tempus distulimus venerabilem consessum clarissimorum *Oratorum Constantiensis Concilii*, qui de variis rebus in publica Concilii panegyri cum admiratione auditorum, coram Cæsare & Principibus gravissime disseruerunt. Quæ non postrema Concilii gloria.

In his est *Matthæus Röder*, Theologus Gallus, qui contra Simoniam & ambitionem Ecclesiasticorum, ac de reformatione horum necessaria in Concilio solennem orationem, sub finem, ut apparet, A. 1414. sub exordium Concilii habuit. Cujus orationis hic in *Codice MSC.* character:

Sermo factus per M. Matthæum Roeder, Sacræ Paginæ Professorem, natione Gallicanum, in Concilio Constantiensi, Dominica I. post Nativitatem Christi.

SCopum sermonis his haud longe à principio expressit verbis: *Hanc Filii Dei misericordiam* (Tit. I.) *copiosam cum omni gratiarum actione contemplandam suscepimus, per quam fuit prætereuntis imo pereuntis seculi generalis reformatiò subsecuta: Ut ipsa præveniente, quam olim sibi dilectam copulavit in sponsam in hoc sacra generali Synodo sibi reparare ac reformare dignaretur Ecclesiam. Præterea juxta subjectam materiam ac rerum qualitatem in hoc sacro concilio gerendarum, præcipue de militantis Ecclesiæ necessaria reformatione, & de pertinentibus ad eandem, in quibus hujus sacratissimæ Synodi tota versatur intentio, sermo nobis aptandus est. Quem duplici consideratione perstringam. Prima suadebit universalis Ecclesiæ generalem ac necessariam reformationem. Secunda perorabit ipsius Ecclesiæ capitis ac membrorum mutuam invicem spectabilem & ordinatam compaginationem.* Digna profecto Galli oratio, quæ aliquando legatur.

Nec minus gravis sermo Theologi Germani, Professoris in Academia Coloniensi, ejusdemque Academiæ ad Concilium Legati, *Theodorici de Monasterio*, quem *die IV. Julii* Anno M. CCCC. XV. in publica ac generali Sessione XIV. præsente Cæsare in hæc verba dixit: *Qui sequitur me non ambulat in tenebris, Joh. VIII.* In Codice MSC. hæc frons:

Sermo factus in Concilio Constantiensi per M. Theodoricum de Monasterio.

QVo sermone uti reformandæ emendandæque Ecclesiæ necessitatem

tate inculcavit, ita in laudes digressus Cæsaris Sigismundi, Ludovici Bavari, Electoris Palatini, & Caroli de Malatesta pro Gregorio XII. Papa papatui renunciantis. Inter alia hæc aperto ore effudit verba.

Est hujus sacri Concilii, nec non invictissimi Regis (Sigismundi) intentio, non desistere abinceps, donec Ecclesia sit & ab erroribus purgata, & à corruptis moribus depurata, quantum possibile fuerit: Quia non tota Zizania eradicari potest, nisi simul eradicetur & triticum, juxta parabolam de Zizania Mat. XII. Et Reverendissimi Patres, si vestræ circumspectiones, plenæ oculis ante & retro, velint schisma tollere, errores excludere, & ne videantur viam præcludere, necesse erit, quod mores Ecclesiæ valde collapsi & multum corrupti reformentur. Nam stantibus in statu Ecclesiastico & permanentibus superbiâ, avaritia & vita voluptuosa, vix impediri potest, quod non oriatur novum schisma, & quod non surgant contra statum Ecclesiasticum latrantes, calumniantes, & laicum populum contra clerum concitantes. Quoniam permanente causa, difficile poterit impediri effectus.

Eundem profecto spiritum refert ejusdem Oratoris & altera Oratio, A. M. CCCC. XVI. Dominicâ Septuagesf. Constantiæ habita in hæc verba, *Ite & vos in vineam meam* Matt. XX. In MSC. codice inscriptio.

Alius sermo in Constantiensi Concilio factus per M. Theodoricum de Monasterio sacræ Paginæ Professorem.

Dici non potest, quo fervore vitia cleri perstinxerit. *Quam abominandum*, inquit inter alia, *& quam detestabile sit otium bene est perpendere. Sed quam flagitiosum sit in viris Ecclesiasticis & maxime Prælatis, ad cultum vineæ Domini conductis, enarrari non est facile. Neque ego quomodo illos describam, aut cui monstro comparem, scio. Homines miseri, & ad extremum perditi, de labore conveniunt, & ad laborem se obligant, ut impensis suis voluptati & otio vacent. An patrem familias decipere putant, an se nunquam conventionis suæ rationem reddituros credunt? Nonne eis satis est se ipsos perdere, nisi etiam alios ad perditionem trahant. Nonne satis est, sibi esse inutiles, nisi & operarii locum occupando aliis nocivi fiant? Nonne sufficit eis propriæ conscientiæ agrum sentibus & spinis oppletum tenere, nisi vineam Domini quantum in eis est, incultam & inconditam reddant? O cæca voluptatis libido, quæ nunquam proprio malo contenta est, nisi tandem aliis noceat. Qui corrupti sunt moribus & fœtidi, Prælaturas quærunt, ut alios corrumpant. Tolerabiles quidem essent, si, dum operari nequeunt, vel nolunt saltem, ut effigies hominum larvatæ, in vineis affixæ, aves cœli, depascentes vineam, suâ umbrâ profugarent. Sed quid? Neque laborant, ut vinicolæ, neque feras terrent, ut statuæ. Sed ut fœtida hominum morticinia, in vineis projecta, suo fœtore & inhonestis exemplis rapacissimas agri bestias alliciunt, & ad demoliendum*

spoliant & recedunt. Unde merito ponitur in Prov. VII. Non est vir in domo sua: Abiit via longissima: Sacculum pecuniæ secum tulit, & in die plenæ lunæ reversurus est in domum suam. Et revera verum est, quoniam veniunt & reveniunt in die plenæ lunæ: Quando dies veniunt autumnales, & borrea sunt impleta. Sed ecce post, repletis loculis, abeunt longe ab Ecclesiis, quandoque usque ad atrium summi Pontificis. Sed sacculos pecuniæ non omittunt, quoniam ipsos secum auferunt, quos postea voluptuose expendunt, aut quod malum est, in corbanum, aut, quod pejus est, in bancum mittunt, ubi suam iniquitatis mammonam in maledictione multiplicant &c.

Ejusdem indolis ac sententiæ Oratio *Johannis Zachariæ*, Theologi Erfurtensis, qui in Constantiensi Concilio doctrina sacra præ aliis claruit. Quo de Johannes Schiphover in Chronico Archi-Comitum Oldenburgensium apud Meibomium Tom. II. Scriptor. Rer. Germ. f. 170. *Egregius & doctissimus Magister Johannes Zachariæ, de conventu Eschwegensi, eruditissimus Theologus & utriusque juris vir consultissimus, Erfordiæ & alibi, quam maxime autem in Constantiensi Synodo, ob ejus doctrinam & elegantiam clarissimus fuit, & suæ eruditionis experimentum fecit. Hic invictissimum & doctissimum Johannem Hus hæreticum disputando superavit ac immersum igni cremari fecit. Nemo etenim Theologorum potuit eundem Johannem Hus convincere, nisi iste senex Pater solus. Hic perquam egregie in Magistrum Sententiarum commentatus est. Scripsit insuper in Apocalypsin volumina duo, & quamplurima alia.*

Hujus Oratio, Constantiæ in Concilio die XXVI. Decembr. A. M, CCCC. XV. habita, hoc in *Codice MSCto* refertur charactere:

Sermo, factus in Concilio Constantiensi per M. Johannem Zachariæ, Ordinis Eremitarum S. Augustini, Sacræ Theologiæ Professorem, in Festo S. Stephani & Ecclesia ejusdem, Anno M. CCCC. XV.

QVo spiritu hæc quoque dicta sit Oratio, colligi haud difficulter poterit ex pauculis, haud longe ab exordio positis: *Reverendissimi Patres ac Domini Reverendi. Considerante me Ecclesiæ cursum qui fuit, video, quod ad statum prælaturæ & eminentiæ, ad gradum scripturæ & sapientiæ, ad actum curæ & regimen animæ, diversi diversis nominibus, id est, finibus, pervenerunt: Unus nomine superbiæ & ambitionis, alius nomine avaritiæ & ditationis, alter nomine luxuriæ & delectationis. Ille nomine gulæ & comessationis. Iste nomine iræ & contentionis. Hic nomine acediæ & carnalis quietionis. Ratio: Quis venit in nomine Christi & devotionis? Multo plures ad dignitates & beneficia intrarunt aliunde quàm per ostium. Multisque pluribus aperuit thesaurarius, quam spiritus S. ostiarius. Idcirco*

clares sunt in Ecclesia fures, quam fideles. Quoniam qui non intrat per ostium, sed aliunde, ille fur & latro est, Joh. I. Ex quo sequitur, quod plures sunt maledicti, quam benedicti. Plures digni canonico suspendio, quam ecclesiastico beneficio. Et quanquam maledictus sit omnis, qui pendet in ligno, id est, qui suspenditur canonico judicio, Deut. XXI. Gal. III. tamen benedictum est lignum, id est, judicium, per quod fit justitia. Sap. IX. Utinam, Reverendissimi Domini & Patres venerandi, in hoc sacro Concilio Constantiensi non machinarentur majores fures, id est, Simoniaci, suspendere minores: Et facerent Socratem iterum ridere, qui fertur risisse, videns majores fures ducere ad suspendium minores, &c.

Neque à scopo aliena Oratio *Vitalis Episcopi Tholonensis*, de transformatione sive emendatione Ecclesiæ, Anno M CCCC XVI. Festo Epiphaniæ dicta. Cujus frons in *Codice MSCto* hæc est:

Sermo, factus ipso die Epiphaniæ Domini in Concilio Constantiensi per Reverendum Patrem & Dominum, Dominum Episcopum Tholonensem.

Multoque ferventior multoque prolixior, in MSC. Codice obvius

Alius Sermo, Dominicâ Judica A. M CCCC XVII. in Constantiensi Concilio ab eodem Episcopo Tholonensi Vitali factus.

Non dissimilis oratio libro, ob prolixissimum sermonis filum, nec dispar camino ardenti, ob flagrantem affectum, & vehementem in cleri vitia impetum. *Non*, inquit, *vocatur à Deo, sed à carne, quem carnalis revelatio, sangvinis, gentis sive patriæ, non à Deo sed à Simone, quem falsissime colorata dolorum interventio, commerciumque pecuniæ incathedrant enormiter & prætitulant in honore. Quæ quæso, Domini mei, origo schismatum, nisi pecunia? Quæ per totum orbem Ecclesiarum confusio, nisi pecunia? Respondeat quilibet vestrum, dicet, quod causa penitus non sit alia. Licet ob hujusmodi deformitatis remedium tota pro præsenti congregetur Ecclesia: Certissime credo, quod in diebus nostris non videbitur tam desensati sceleris correctio præstolata, &c.*

Non dissimilis argumenti in *Codice MSCto*

Collatio de B. Dominico, recitata in Conventu Prædicatorum, Constantiæ, Provinciæ Moguntinensis, in die ejusdem gloriosissimi Dominici, tempore Concilii generalis, per Johannem Hugenetti de Metis, Licentiatum in Legibus, in eodem Concilio Nuncium Universitatis Avinionensis.

UTi admodum prolixa & hæc Oratio, ita nec in emendationem status Ecclesiastici affectu destituta, quin pari zelo repleta. *Clamat*, inquit fervore abreptus, *pauper & virtuosus non graduatus, cui de rigore justitiâ distribuendum est patrimonium crucifixi, ad te Reverendissimum patrem, vel alium Prælatum, pro justissima supplicatione signanda per Papam, aut aliàs exigui proventus beneficio consequendo. Tu autem qualiter contra omne vinculum charitatis, in hoc & aliis casibus obturas aures ad clamorem pauperis, docet experientia manifesta. Et ut de aliis impietatis & omni charitate seclusis*

clusis operibus taceamus, causa brevitatis: Estne hæc charitas patrum nostrorum ad humilem Ecclesiasticam turbam? Nequaquam profecto. Clamat dives plenus loculis, & forsan moribus vacuus, vel alias in judicum auditoriis de causarum strepitibus laqueis omnifaria dolositatis accinctus, pro quinto, decimo, duodecimo, aut ulteriori beneficio obtinendo aut etiam prælatura consequenda: Et non discussa probitate, scientiâ aut morum maturitate petentis, sed solum de iniquitatis mammona secretum & judaicum geritur, hoc est, geri solitum fuit colloquium: Quid vultis mihi dare, & ego eum, hoc est, beneficium, vobis tradam. Et tunc si farcire marsupia noverit, trium, quatuor, aut plurium dignitatum & Parochialium Ecclesiarum, Prabendarum & simplicium beneficiorum, etiam forsan usq; ad vomitum, honore potitus est. Et ad illas & plures dignitates aut parochiales Ecclesias, seu incompatibilia, etiam simplici & forsan vitioso viro, non inspecta necessitate urgente & publica utilitate, dispensatio, & verius dissipatio, quam frequenter concessa est? Et si importune pulsaverit, apposita sunt cornua peccatori, &c.

Parem superioribus genium refert etiam Oratio *Nicolai de Jawir*, A. 1417. Dominica XVII. post Trinitatis Constantiæ in Concilio recitatus. Cujus in *Codice MSCto* hic indiculus:

Sermo M. Nicolai de Jawir, in Concilio Constantiensi.

Libro non plane dissimilis. In quo de cleri itidem vitiis vehementer conqueritur. Inter alia: *Scribitur: Omne quod Domino consecratur, sive fuerit homo, sive animal, sive ager, sanctum sanctorum erit Domino, & ad jus pertinet Sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis homo, qui à Domino aufert, vastat, invadit aut eripit. Hoc dignentur attendere diligenter omnes, qui sunt in cœtu clericali, & videant, ne aut sibi Domini partem tanquam fures & latrones usurpent, beneficia & prabendas obtinendo per indebitum ingressum, aut injuste recipiant per inexpletum officium eis debitum, aut avare retineant per obdurationis affectum, aut prodigaliter exponant, sive dissipent, pertempent actu, aut superflue utantur secundum proprium & carnale desiderium, ad gulam videlicet, ebrietatem, & communiter ad luxuriam, sive etiam ad mundi vanitatem* &c.

Has omnes gravissimas Orationes, vel libros potius non exiles clarissimorum Virorum, quibus splendorem Concilii perorando auxerunt, ob nimiam molem tantisper misimus. Sicuti & *alias plures Orationes* ejusdem generis, doctrinæ & spiritus, *Oratorum* hactenus nobis *ignotorum*, quas Constantiæ in publico cœtu dixerunt, ad tempus seponere oportuit.

Ex his satis abundeq; intelligi poterit, qua sollicitudine *Serenissimus Princeps* RUDOLPHUS AUGUSTUS undiquaque convehi atq; ex reconditis etiam latebris investigari curaverit, quæ ad Magni Concilii decus, ad Germaniæ gentis gloriam, ad Imperii honorem, majorum optime de republica & Ecclesia meritorum memoriam conservandam, factura videbantur. Habebunt posteri, quod OPTIMO DUCI acceptum ferant, quod prædicent, quod æmulentur.

S. die Euphemiæ, XVI. Sept.
Ao. 1699.

Elenchus Autorum, Librorum & Partium Tomi hujus V.

PARS I.

PARS II.

GEBHARDI DACHERII, Constantiensis, Historia Latina Magnatum Concilii Constantiensis. f. 10. seqq. Ex *MSCto Cæsareo Vindobonensi.*

Brevis descriptio hospitum in Constantiensi Concilio, satorum & annonæ. Ex *MSC. Vindobon.* f. 52.

PARS III.

DE admirabili ordine ac distributione Constantiensis Concilii in consultando, per V. Nationes, Germanicam, Gallicam, Italicam, Anglicam & Hispanicã. f. 52.

Gallicæ Nationis solennis Protestatio contra Anglos, proprium jus suffragii & peculiaris Nationis sibi in Concilio vendicantes. f. 57. seqq. Ex *MSC. Lipſ.*

Anglicæ Nationis in Constantiensi Concilio existentis Vindicatio sui juris, quoad propriam in Concilio nationem: Et ad Gallicæ Nationis objectiones Responsio. f. 76. seqq. Ex *MSC. Lipſ.*

Propositio in Concilio facta de commoda divisione orbis Christiani in Concilio secundum quatuor terræ plagas. f. 102.

PARS IV.

DE celebritate Congregationum ac Sessionum publicarum. f. 103.

Apparatus & Pompa in Sessionibus Constantiensis Concilii. f. 104. & seqq. Ex *MSCtis Vindobon. & Erfurt.*

PARS V.

SOlennes virorum illustrium orationes varii argumenti, in publica Constantiensis Concilii Panegyri recitatæ. f. 108.

Manfredi de la Cruce, Decretorum Doctoris, Abbatis S. Ambrosii Mediolanensis, Legati Ducis Mediolanensis Philippi Mariæ ad Concilium Const. Oratio in Concilio dicta ad Sigismundum Cæsarem, qua Dux Mediolanensis se Cæsaris Sigismundi Vasallum & subditum publice agnovit;, Cæsarisque Imperio se submisit. Ex *MSC. Lipſ.*

Jacobi, Episcopi Laudensis, Oratio, in Exequiis Cardinalis Barensis, in Constant. Concilio dicta, De honesta Ecclesiasticorum vita. f. 115. Ex *MSC. Vindob.*

Antonii de Mercede, Alphonsi regis Arragoniæ ad Const. Concilium Legati, Parentatio, in Exequis Ferdinandi Arragoniæ Regis, Constantiæ, in Concilio habita. f. 130. Ex *MSC. Lipsiensi.*

Alberti de Bon-Christianis, Florentini, Episcopi Forliviensis, solennis oratio, coram Papa Martino V. De passione Christi, & corrupto Ecclesiæ statu habita. f. 138. Ex *MSC. Lipſ.*

PARS VI.

DE Comitiis Principum Constantiensibus sub Concilio. f. 162.

Diplomata *Joh. Papæ* de duabus scholis Brunsvicens. f. 162. seq. Ex *MSC. Brunsv.*

Varia *Cæsaris Sigismundi* Privilegia, Brunsvicensibus Constantiæ in Concilio impertita. f. 193. seqq. Ex *MSC. Brunsv.*

Guntheri Comitis de Schwartzburg, Aulæ Cæsareæ Sigismundeæ Judicis, Sententia Decisiva, Constantiæ in Concilio promulgata de Judæis, qui Goslaria Brunswigam concesserant. Ex *MSC. Brunsvic.*

Constantiensis Concilii Epistola ad Ernestum Austriæ Ducem, de fuga Friderici & Papæ Johannis è Concilio. f. 179. Ex *MSC. Vindobon.*

PARS VII.

DE Principum Investituris, Constantiæ in Concilio à Cæsare peractis, Ludis Equestribus, Comœdiis, Rosis aureis à Pontificibus Constantiæ in Concilio consecratis, Brigittæ Canonisatione ibidem per Papam Johannem facta, & similibus Spectaculis. f. 181.

Descripta splendidissima Investitura FRIDERICI I. Burggravii Nurembergensis, primi ex hac illustrissima Domo, à Cæsare Sigismundo Constantiæ in Concilio in publico Foro solennissime creati ELECTORIS BRANDENBURGENSIS. *Ex MSC. Wolf. f.* 183. *seqq.*

TOMI V PARTES VII

RERUM CONCILII CONSTANTIENSIS.

DE APPARATU MAGNI HUJUS CONCILII, UT ORDINE, DECENTER, ET CUM SPLENDORE

non solùm sacræ, sed & politicæ infinitæ res eæque ponderosæ conficerentur.

Quem memorabilem Constantiensis Concilii decorem Basileensis Concilii Patres omni studio imitati.

FELICISSIMIS AUSPICIIS

SERENISSIMI PRINCIPIS

RUDOLPHI AUGUSTI

BRUNSVIC. AC LUNÆB.

DUCIS

Ex antiquissimis Codicibus MSCtis

CÆSAREIS, DUCALIBUS & ACADEMICIS

aliisq; monumentis eruta

recensente

HERMANNO von der Hardt



FRANCOFURTI ET LIPSIÆ

IN OFFICINA CHRISTIANI GENSCHII.

Typis SALOMONIS SCHNORRII, 1699.

ENGELHUSIUS in Chronico MSC.

CONCILIUM Constantiense Provinciæ Moguntinensis, civitatis Imperialis, cœpit & in quartum annum duravit in omni rerum copia, & libertate & securitate maxima. Ibi fuerunt omnium Regum, Principum & Prælatorum Christianitatis Ambassiatores solennes, vel Principes & Prælati propriis in personis. Græci etiam cum Turcis habebant suam Ambassiatam. Omnium etiam religionum fuerunt ibi Prælati, quarum erant plus quam 50. religionum diversitates &c.



Curioso & solerti Lectori

S. P.



PAr Constantiensi inter Christianos nullum unquam extitisse Concilium, magno plausu testantur qui spectarunt, vel ex spectantibus olim acceperunt: Sive *numerum* attendas Patrum atque hospitum, quorum myriades: Sive eorum dignitatem atq; augustum *splendorem* intuearis, qui in totius Christiani orbis summis capitibus, cum ipso Cæsare augustissimo parentibus effulsit: Sive præclarum deliberandi ac definiendi *ordinem* expendas, quo nullus unquam in Conciliis curatior atque concinnior: Sive illustrium Oratorum frequentissimas *Orationes* panegyricas audias, quarum centenæ eruditissimæ atque ponderosissimæ: Sive denique *res ipsas, sacras* & *civiles*, publicis suffragiis definitas, ponderes, quibus nullæ pene graviores, difficiliores atque intricatiores in Conciliis unquam tractatæ aut expeditæ.


Nullum splendidius, nullum celebrius, nullum ornatius, nullum ponderosius Concilium Constantiensi. Verbo: *Magnum*. Quo majus haud extiterat ante, nec extiturum verosimile. Quapropter nefas fore visum, recensitis rebus

in Concilio expeditis, ſilentio præterire incomparabilem *decorem, ordinem & magnificentiam* magni hujus Concilii.

Quod non ſolùm Concilium illuſtrat, lucemque fatis conciliat, ſed & Cæſaris Majeſtatem declarat, Imperii Germaniciq; regni dignitatem commendat, Regum denique ac Principum Chriſtianorum jura confirmat.

Age ergo, bone & curioſe lector, quando ex ſuperioribus Tomis res in concilio factas perſpexeris, mentemque ſatiaveris, oculos quoque paſcere memento, ſplendore pulcherrimoque Concilii apparatu luſtrando.

S. d. 9. Julii A. 1699.





TOMI

INSIGNIA IMPERATORIS AC SACRI ROM. IMPER. ELECTORUM VEL IN PROPRIA PERSONA VEL PER LEGATOS IN CONCILIO CONSTANTIENSI OLIM PRÆSENTIUM.

SIGISMUNDI · ROMAN. IMPERAT. IN CONCILIO PRÆSENTIS.

EIUSDEM SIGISMUNDI REGIS HUNGARIÆ.






WENCESLAI BOHEMIÆ REGIS *cujus Legati in Concilio præsentes.*



IOHANNIS ARCHIEPISCOPI MOGUNTINENSIS, S.R.I. ELECTORIS *in Concilio præsentis*



THEODORICI ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS S.R.I. EL. *cujus* LEGATI IN CONCIL. PRÆSENTIS.




WERNERI ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS S.R.I. ELECTORIS *cujus Legati in Concilio præsentis.*



LUDOVICI BAVARI PALATINI RHENI S.R.I. ELECTORIS *in Concilio præsentis Ejusdemque absente Cæsare Protectoris.*



RUDOLPHI, DUCIS SAXONIÆ S.R.I. ELECTORIS *in Concilio præsentis.*



FRIDERICI MARCHIONIS BRANDENB. IN CONCILIO PRÆSENTIS S.R.I. ELECTORIS A SIGISMUNDO *in Concilio Creati.*



INSIGNIA ET SYMBOLA
TRIUM PONTIFICUM IN CONCILIO CONSTANTIENSI REMOTORUM ET QUARTI IN CONCILIO ELECTI.

IOHANNIS XXIII
Neapolitani, alias Balthasari Cossæ, PONTIF. MAX. *sede moti in Concilio Constantiensi, Anno 1415.*





GREGORII XII.
Veneti antea Angeli Corarii PONTIF. MAX. *in Concilio Constantiensi admonitus per Commissarium Sponte Papatu cessit.*





BENEDICTI XIII.
ex Arragon. aliás PETRI *de* LUNA PONT. MAX *in Concilio Constantiensi remoti.*




MARTINI V.
Romani antea OTTONIS COLUMNÆ, PONTIF. MAX. *in Concilio Constantiensi Electi, Aº. 1417.*





INSIGNIA REGUM CHRISTIANORUM, QVORUM LEGATI AD CONCILIUM CONSTANTIENSE VENERUNT.

ERICI REGIS SUECIÆ.



ERICI REGIS DANIÆ.



ULADISLAI REGIS POLONIÆ.




WENCESLAI REGIS BOHEMIÆ.



IOHANNÆ MARIÆ REGINÆ NEAPOLIS.



HENRICI REGIS SICILIÆ.



ALEXANDRI IMPER. ATHENIENSIS.



EMANUELIS PALEOLOGI IMPER. CONSTANTINOPO



INSIGNIA REGUM CHRISTIANORUM.
QVORUM LEGATI AD CONCILIUM CONSTANTIENSE VENERUNT.

HENRICI REGIS ANGLIÆ



WENCESLAI REGIS SCOTIÆ



CAROLI REGIS GALLIÆ



LUDOVICI REGIS DELPHIN



ALPHONSI REGIS ARRAGONIÆ



CAROLI REGIS NAVARRÆ



BOMUNDI REGIS CASTILIÆ




IOHANNIS REGIS PORTUGALLIÆ



INSIGNIA DUCUM ET MARCHIONUM QVORUNDAM GERMANIÆ IN CONCILIO CONSTANTIENSI PRÆSENTIUM

Tab. I.



INSIGNIA
ALIORUM QVORUNDAM PRINCIPUM
PRÆCIPUE EXTERORUM
IN CONCILIO CONSTANTIENSI SUSPENSA.

Tab. 2.

Rudolphi Marchionis Rötelensis.



Reinhardi Ducis Geldriæ.



Antonii Ducis Brabantiæ.



Caroli et Antonii Ducum Lotharingiæ.



Iohannis Ducis Burgundiæ.



Caroli Ducis de Malatestis.



Amadei Ducis Sabaudiæ.



Philippi Mariæ Ducis Mediolanensis.



Iacobi Ducis Montisferar.



Iohannis Iacobi Ducum Ferrariensis.



Marsilii Ducis Paduani.



Witholdi Ducis Lithuaniæ.



Cariburi Ducis Russiæ Albæ.




Semonici Ducis Masoviæ.




Philippi et Michaelis Ducum Græciæ.




INSIGNIA
COMITUM PRÆCIPUORUM
IN CONCILIO CONSTANTIENSI
PUBLICE AFFIXA
Tab. 1.
Wilhelmi Comitis de Arberg.
Friderici Comitis de Bellentz.
Friderici Comitis de Beichling.
Conradi Comitis de Bitsch.
Wilhelmi Comitis de Casteln.
Herman Friderici Comit. de Cili.
Antonius Comitis de Columna.
Ioh. Frider. Comitis de Diest.
Schenck Comitis de Dona.
Wilhelmi Comitis de Eberstein.
Luca Com. de Flisca
Conradi Com. de Freiburg.
Henric Egon Cunrad Com. de Fürstenberg.
Henrici Com. de Görtz.
Iohannis Com. de Habsburg.
Diterici Com. de Hanau.
Friderici Ioh. Com. de Helffenstein.
Wilh. Frid. Herm. Com. de Henneberg.
Alberti Com. de Hohenloe.
Henrici Com. de Hohnstein.
Georgii Com. de Holenstein.
Friderici Com. de Katzenellbogen.
Henrici Com. de Kiburg.

INSIGNIA COMITUM PRÆCIPUORUM IN CONCILIO CONSTANTIENSI PUBLICE AFFIXA

Tab. 2.



INSIGNIA COMITUM PRÆCIPUORUM IN CONCILIO CONSTANTIENSI PUBLICE AFFIXA

Tab. 3.

Ludovici Comitis de Röslein. | Henrici Comitis de Salm. | Danielis Comitis de Schönhofen | Guntheri Comitis de Schwartzberg | Frid. Albr. Wilh. Comit. de Schwartzburg.

Iohannis Comitis de Spanheim. | Pottonis Comit. de Stolberg. | Rud. Herm. Comitis de Sulz. | Iohannis Comitis de Thengen. | Otto Iohann Comit de Thierstein.

Friderici Comitis de Tockenburg. | Conradi Comitis de Tubingen. | Nicolai Comitis de Valerii. | Friderici Comitis de Veldenz. | Berthold Comitis Vrsini.

Richardi Comitis de Warwick. | Rudolphi Comitis de Werdenberg. | Iohannis Comitis de Wertheim. | Michaelis Comitis de Wertheim. | Eberh. Ulrici Comit. de Würtenberg.

Ottonis Comitis de Zigenheim. | Friderici Comitis de Zollern.



INSIGNIA BARONUM ET EQVITUM QVORUNDAM, IN CONCILIO CONSTANTIENSI AFFIXA.

Tab. I.


Rudolphi de Arburg.



Henrici de Arwang.



Iohannis de Auersberg.



de Burglen.




Waltheri de Busnang.




Ulrici de Clingen.




Schenck de Erpach.




Iacobi de Eschenbach.



Sigismundi de Freunsberg.



Waltheri de Geroldseck.



Wolfii de Grafeneck.




Endt de Grunenstein.




Stephani de Gundelfingen.



Iohannes de Haideck.



Eberhardi de Landtau.




Leiter de Bern.




Ludmanni de Lichtenberg.




Viti de Lichtenstein.




Iohannis de Limburg.



Morsberg.



Ochsenstein.



Henrici de Rappoltstein.




Alberti de Rechberg.



INSIGNIA BARONUM ET EQVITUM QVORUNDAM, IN CONCILIO CONSTANTIENSI AFFIXA.


Tab. 2.

Iohannis de Regensberg. | Henrici de Roseneck. | Henrici de Rosenberg. | Guntheri de Schwartzberg. | Henrici de Stoffeln.




Iohannis Truchsessii de Waltburg. | Reinhardi de Westerburg. | Iohañ de Clan Equ. Bohem. | Iohann Latschenbeck Equ. Bohem. | Vlric de Lutz Equ. Bohem.




Ioh. de Waltertton Equ. Angl. | Iohann Sitton, Equ. Angl. | Rupert Hemersfort Equ. Angl. | Iohann Roche Equ. Angl. | Geffrō Ofletbsch Equ. Angl.







Peterikrafft Equ. Angl. | Nicolai Sexpon Equ. Angl. | Iohann Sitton Equ. Angl. | Iamigi Hermfrot Equ. Angl. | Wilhelm Neuland Equ. Angl.








Thomae Fanhes Equ. Angl. | Walther Hugersfort Equ. Angl.



INSIGNIA
ALIORUM
EQVITUM AC NOBILIUM
IN CONCILIO CONSTANTIENSI PUBLICATA

Tab. I.

Absperg. Altendorff. Andlau. Anweil. Bebenburg. Beringer. Bibra.


Bibelsee. Blarer. Blucher. Bodman. Bocken. Bonstet. Bosen.

Brandt. Bubenhofe. Buhel. Bunaw. Budigkhen. Dachenhause. Diesenhofen.

Danckertswyl. Ebersberg. Ellerbach. Empz. Ende. Endingen. Engelbrecht.

Estingen. Eysenburg. Falckenstein. Falckenstein. Fleckenstein. Freyberg von Eisenberg. Freyberg.

Fridtingen. Fridtingen. Gerstorff. Giesen. Gilgenberg. Griesingen. Grünberg.



INSIGNIA ALIORUM EQUITUM AC NOBILIUM IN CONCILIO CONSTANTIENSI PUBLICATA.

Tab. 2.

Gundelsheim. Haydeck. Hailfingen. Halweil. Hatstad. Hausen. Helmstadt.

Hermansdorff. Hesberg. Hessen. Heydorff. Heimenhofe. Hinwill. Hirnheim.

Hirschberg. Hirschhorn. Hohenfels. Hohenreis. Hohenstein. Hohenthan. Hölenstein.

Holtzendorff. Holtzhausen. Honburg. Honsberg. Hornberg. Horning. Hornstein.

Hüffel. Hugelshofen. Ingelheim. Iungingen. Katzenstein. Klingenberg. Knoblauch.

Knorringē. Kökeritz. Künsberg. Landenberg. Landenberg. Langenstein. Leipziger.

INSIGNIA ALIORUM EQUITUM AC NOBILIUM IN CONCILIO CONSTANTIENSI PUBLICATA.

Tab. 3.

Leuberger.	Leminger.	Lichtenstein	Lochen.	Löser.	Marschalcke.	Menzingen.
Mansberg.	Mansen.	Mass Münster.	Marxen.	Michelsburg.	Miltitze.	Mulheim.
Munchwil.	Neuenhoff.	Pflug.	Rabenstein.	Rathmanshause	Ramstein.	Randeck.
Randegg.	Ramschwag.	Reinhofen.	Reischach.	Truchses von Ringingen.	Rödern.	Roggweil.
Rosenberger.	Rosenberg.	Rotwitz.	Rotenhan.	Rudisheim.	Sachsenheim.	Saxen.
Schencken.	Schencken von Castel.	Schencken von Stauffenberg.	Schencken von Geyern.	Schellendorff.	Schellenberg.	Schilling von Canstad.

INSIGNIA
ALIORUM
EQUITUM AC NOBILIUM
IN CONCILIO CONSTANTIENSI PUBLICATA.
Tabul. 4.



INSIGNIA CIVITATUM QUARUM LEGATI AD CONSTANTIENSE CONCILIUM MISSI.

Aquisgranens. Albatiscellens.



Argentoratens. Augustanor. Badens. Bamberg. Basil. Bernæ. Biberacens. Bononiens.



Wartislaviens. Brugens. Brunswic. Coloniens. Curiens. Dantiscan. Isnens. Erfurtens.



Florentinor. Francofurt. ad M. Friburg. Br. Friburg. S. Gallens. Genuens. Gandavens. Glarisiens.



Hagenoens. Hallensium. Heilbrun. Lindavior. Lubecens. Lucernens. Leodiens. Moguntin.



Mechlingens. Mediolanens. Memming. Medens. Mulhusan. Monachens. Neoburg. Noriberg.



Paduanor. Parisiens. Passaviens. Ratisbonens. Ravensburg. Reutlingens. Romanor. Schafhusian.



Slestatiens. Svitens. Solodurior. Spirens. Traiectens. ad Mosam. Trident. Treviriens. Uberlingens.



Venetorum. Ulmens. Unterwald. Uriens. Veluniens. Wormatiens. Tugiorum. Tigurioum.




INSIGNIA ACADEMIARUM, EX QVIBUS LEGATI IN CONCILIO CONSTANTIENSI COMPARUERUNT.

PARISIENSIS



COLONIENSIS



VIENNENSIS




HEIDELBERG.



SUNDENSIS.




PRAGENSIS.



AURELIANENS




LONDINENSIS



ERFURTENSIS




HELDENBURG.



AVENIONENSIS



BONONIENSIS



CRACOVIENSIS




OXONIENSIS



INSIGNIA CARDINALIUM

SUB OBEDIENTIA PONTIFICUM TRIUM IOHANNIS XXIII. GREGORII XII. & BENEDICTI XIII. QVI IN CONCILIO CONSTANTIENS. *præsentes Fuerunt, Suorum Pontificum causas acturi.*



INSIGNIA QVATUOR PATRIARCHARUM IN CONCILIO CONSTANTIENS. PRÆSENTIUM.

LUDOVICI DUC de TECK PATRIARCHÆ AQVILENSIS.

IOHANNIS PATRIARCHÆ GRADENSIS.






IOHANNIS PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI


IOHANNIS PATRIARCHÆ ANTIOCHENI.






INSIGNIA ARCHIEPISCOPORUM PRÆCIPUORUM, QVI IN CONCILIO CONSTANTIENSI VEL IPSI VEL PER LEGATOS COMPARUERUNT.

Iohannis Comitis Nassovii, Archiepiscopus Moguntinensis.	Theodorici Comitis de Morsa, Archiepiscopus Coloniensis, per. Leg.	Werneri de Konigstein, Archiepiscopus Trevirensis, per Leg.	Eberhardi de Neuhaus, Archiepiscopus Salzburgensis.






Iohannis a Wallenrod A. Rigensis.	Nicolai Gneznensis.	Iohannis Strigoniensis.	Andreæ Colocensis.







Nicolai Pragensis.	Nicolai Mediolanensis.	Theobaldi Bisuntinensis.	Gangolphi Rotomagensis.







Regnaldi Remensis.	Iacobi Thuronensis.	Alani Compostellani.	Ruperti Sarisburiensis.











INSIGNIA
EPISCOPORUM PRÆCIPUORUM
IN CONCILIO CONSTANTIENSI PRÆSENTIUM
Tab. I.
Othonis de Rötteln. Constantiensis.
Anshelmi de Nenningen. Augustani.
Friderici de Graveneck. Augustani.
Rabani de Helmstad. Spirensis.
Alberti à Wertheim. Bambergensis.
Hartmanni. Curiensis.
Iohannis Abundi Curiensis.
Iohannis. Herbipolensis.
Iohann à Fleckenstein Wormatiensis.
Iohannis ab Heideck Eistetensis.
Wilhelmi. a Diest. Argentinensis.
Ulrici. Verdensis.
Friderici. Leodiensis.
Rudolphi Metensis.
Iohann Bayrer Metensis.
Iohannis. Tulensis.
Georgii. Pataviensis.
Nicodemi. Frisingensis.
Walther. Ratisbonensis.
Udalrici. Brixiensis.

INSIGNIA
EPISCOPORUM PRÆCIPUORUM
IN CONCILIO CONSTANTIENSI PRÆSENTIUM.


Tab. 2.

Iohannis Mersburgensis. | *Petri Misnensis.* | *Philippi Brandenburgensis.* | *Friderici Caminensis.* | *Iohannis Numburgensis.*

Iohannis Lubecensis. | *Iohannis Sleswicensis.* | *Iohannis Wratislaviens.* | *Iohannis Olmicensis.* | *Humberti Basileensis.*





Georgii à Lichtenstein Tridentini. | *Georgii Mantuani.* | *Gerladii Paduani.* | *Iohannis Cameracensis.* | *Iohannis Posnensis.*







Richardi Londinensis. | *Iohannis Norwicensis.* | *Andacæ Castellinensis.*


INSIGNIA ABBATUM PRÆCIPUORUM GERMANIÆ, DIOECESEOS PRÆSERTIM CONSTANTIENSIS; QVI CONCILIO CONSTANTIENSI INTERFUERUNT.



INSIGNIA
MAGISTRORUM AC COMMENDATORUM ORDINIS TEUTONICI, ALIORUMQVE, IN CONCILIO CONSTANTIENSI PRÆSENTIUM.


Wilibertu Summus Magistri Rodis Ord. S. Ioh. Hier.



Andreæ de Neuenhaus Commendator Angliæ Ord. Teut.



Hugon Montifortensis Magistri Ord. Teut. Germ.



Nicolai de Ballionibus Prior Ord. Teut.



Friderici Plawensis Comendator Borussiæ Ord. Teut.




Marquardi de Königsek Comendator Suev. Ord. Teut.



Arnoldi de Hirschberg Commendator Hornegg Ord. Teut.




Iohannes de Veningen Commend. Kapfenberg Ord. Teut.



Ulrichi Zenger Commendator Balg. Ord. Teut.



Pandolphi Dux de Malatestis.



Antonii de Parma General. Ord. Camaldul.



Philippi General. Ord. Anthon.



Leonhartu Florentini General. Ord. Prædicat.



Iohannes de Pisis, General. Ord. Augustin.



Anthonii de Priero General. Ord. Francisc.




RUDOLPHUS III.
ELECTOR SAXONIÆ.
in Constantiensi Concilio Præsens.

ALBERTUS III
ELECTOR SAXONIÆ,
e Gente Ascania ultimus.
obiit Anno 1422.



FRIDERICUS BELLICOSUS
ELECTOR SAXONIÆ
Cum LIPSIENS. ACADEMIAM FUNDASSET Aō. 1409.
AB IMPERATORE SIGISMUNDO AD ELECTORATUM
EVECTUS Aō. 1424. INVESTITUS BUDÆ Aō 1425.
OBIIT D. 4. *Junii*. Aō. 1428.



FRIDERICUS I. ELECTOR BRANDENB.
Arduis rebus CONCILII CONSTANTIENSIS *Constanter*
Præsens ab IMPERATORE SIGISMUNDO MARCHIO B.
Creatus & reliquorum ELECTORUM *Consensu*
ELECTOR, *investitus Constantiæ A. 1417.*
obiit d. 21. Sept. A. 1440.


ADOLPHUS DUX CLIVIÆ
AB IMPERATORE SIGISMUNDO IN CONCILIO
CONSTANTIENSI EX COMITE AD DUCALEM
DIGNITATEM EVECTUS.
NATUS A. 1371. OBIIT A. 1448.

CONTRA. SPEM. IN. SPE.

AMEDEUS VIII. DUX SABAUDIÆ
A SIGISMUNDO IMPERATORE SUB CONCILIO CONSTANTIENSI
Aō. 1416 EX COMITE DUX SOLENNITER CREATUS. A CONCILIO
BASILEENSI PONTIF. MAX. ELECTUS FELIX V. VOCATUS;
ROGATUS á FRIDERICO III. IMPERATORE PAPATUI SPONTE
CESSIT. CARDINALIS SABINENSIS CHARACTERE CONTENTUS.
OBIIT ANNO 1451.



SIGILLUM
SACR. SANCT.
GENERAL. SÝNOD.
BASILIENS.




Nuquam cadam

ERNESTUS
DUX
AUSTRIÆ.

Constantiensis Concilii fautor.
Nat. 1377. denat. 9 Jun. 1424.





TOMI V. PARS I.

RES SECURITATIS CONCILII CONSTANTIENSIS

à Johanne Papa 23. ante adventum ad Concilium pro se & sua curia à Constantiensi Magistratu quæsitæ & obtentæ.

PRo illustrando magni *Concilii splendore*, non repetemus, centenis *illustrium virorum scriptis* in quibuscunque regnis Concilium hocce fuisse desideratum, expectatum, atque quoad res arduas in eo expediendas limitibus suis amplissimis circumscriptum: Quod aliquo modo ex *Tomo I.* constare potest: Ut omnium animi in toto orbe Christiano in hoc Concilium essent conversi. Neque fuse commemorabimus, dignitatem atque lucem Concilii ingentem ex augustissima *Cæsaris, Concilium* indicentis ac cum Papa convocantis, *autoritate* allucere, de quibus *Tomo VI.* Sed, ut propius ipsius Concilii pulchrum *ordinem*, *tranquillitatem* atque desideratissimam in infinito hominum cœtu *quietem*, contemplemur, ante omnia, missis hac vice multis aliis, recensere par erit, Quomodo inter Papam Johannem, Cæsarem ac Magistratum Constantiensem convenerit ante exordium Concilii, *de securitate Papæ*, extra limites Italiæ, sub cœlo Germanico, in Oppido Imperiali, Constantiæ, florente ac durante Concilio.

Quod enim apud Cæsarem jam esset definitum, hunc Johannem Papam quocunque modo, sede esse movendum, quod publicæ de regimine illius admodum corrupto querelæ urgebant: Idque fatum prænunciaverant Papæ, qui intimioris essent admissionis: Quomodocunque metum dissimulaturus Constantiam petere constituerat, tametsi animo atque consilio, Constantiam mox iterum, dum salutasset, deserendi. De sua igitur securitate sollicitus, cum Magistratu civibusque Constantiensibus rem omnem composuit, ut erat in votis.

Instrumentum juramenti, præstiti per Cives & Syndicos Civitatis Constantiensis, super observatione Capitulorum per Dominum nostrum Papam Johannem XXIII. petitorum.

Ex Bzovio.

IN Christi nomine, Amen. Universis & singulis præsens publicum Instrumentum inspecturis pateat evidenter & sit notum, quod convocato, congregato & coadunato publico & generali consilio Civium, Communis *& populi Civitatis Constantiæ*, in stufa seu *aula palatii dicti Communis*, positi *in dicta Civitate* in loco qui dicitur *Forum piscium*, videlicet supra canale Rheni à tribus partibus & ab alio latere via publica, in quo quidem loco solent hujusmodi Consilia congregari juxta morem & consvetudinem dictæ Civitatis, de mandato Reverendi in Christo Patris & Domini, Domini *Andreæ, ArchiEpiscopi Colocensis & Commissarii* Serenissimi Principis & Domini, Domini *SIGISMUNDI*, *Romanorum Regis semper Augusti, ac Hungariæ &c. Regis.* De cujus commissione patet per *litteras* authenticas dicti Serenissimi Regis, quarum tenor sequitur & est talis, videlicet:

Hi actus celebrati Constant. in Foro piscium, ubi domus Mercatorum, Auf der Börse. ArchiEp. Colocensis Commiss. Cæsarius.

Inprimis *à tergo* sic scriptus, & redactus de theutonico in latinum per Joannem Hum, Civem Constantiensem ac Notarium & Scribam Officialium & communis Civitatis ejusdem:

Nostris & sacri Regni charis & fidelibus, Magistris Civium, Consulibus, & Civibus Civitatis Constantiensis.

Ad intra vero in superiore parte earundem litterarum scribitur sic:

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus, nec non Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex. Deinde sequitur in hæc verba:

Cæsaris Sigismũdi Epistola ad Constantienses, quibus imperatum ut jurent quod Papa desiderarat.

Cari fideles. Sicut pridem Nuncii Sanctissimi in Christo Patris Domini nostri Papæ certa Capitula, *quorum Copia hic est inserta, per vos* promitti & sigillari *petiverunt. Ad nos devenit, qualiter hujusmodi Capitula, non promissa nec sigillata, & eidem Domino nostro transmissa, existant, propter quod fortasse ad Concilium non veniet, nisi vestras litteras, antequam ad iter ad Concilium veniendi se paret, recipiat, aut expectet. Ne autem exinde occasionem non veniendi habeat, desideramus, & jubemus, vobisque in virtute Romanorum Regiæ Majestatis præcipimus firmiter & tenore harum serie litterarum, quatenus sine cujusvis protractionis dispendio hujusmodi capitula, quemadmodum infra describuntur, in manus Reverendi* Andreæ Archiepiscopi Colocensis, utriusque juris Doctoris, nostri Consiliarii cari & fidelis, *vice & nomine dicti Sanctissimi Domini nostri Papæ Joannis promittere, jurare, vestrasque litteras vestræ Civitatis Constantiensis sigillo sigillatas, juxta informationem & ordinationem ejusdem Andreæ, sine contradictione & quavis protractione de hoc dare velitis & debeatis, prout bene confidimus sub amissione nostræ & sancti Romani Imperii gratia.*

Nos enim, nonnullorum Ecclesiasticorum & secularium Principum, Doctorum, & Clericorum, in his suffulti consilio maturo, aliud non invenimus, nisi quod cum Deo & honore hoc facere possitis, & etiam debeatis. Præcipue, ne dictum Concilium, ex quo, ut in Domino speramus, toti Christianitati multum boni orietur, per hoc retardetur, & impedimento subjiciatur, prout supra est præmissum. Eidem etiam Andreæ in per eum vobis dicendis, & vos informandis, fidem credulam adhibituri: Vos exinde apud Deum, sanctam Ecclesiam, Nos, & Romanum Imperium, commodum reportare valeatis. Scientes etiam, si tale consilium, quod præmissa cum Deo & honore facere potestis, non reperiissemus, nos tam seriosa super his scripta non direxerimus. Nos etiam eidem Andreæ firmiter injunximus, & commisimus, quatenus cum dictis & promissionibus, mora sublato dispendio, die noctuque ad dictum Dominum nostrum Papam festinare debeat, ad hoc, ut idem Dominus noster Papa, nullam extra dictum Concilium manendi seu ad ipsum non veniendi occasionem sibi recipere queat.

Et hi sunt *Articuli* de quibus supra.

Capita per Johãnem 23. à Constãtiensibus pro sua securitate desiderata.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. *Substantialia Capitula nunciorum Domini nostri Papæ concludenda Constantiæ.*

Primo. Magistratus, Officiales, & Cives principales, eorum & totius universitatis Civitatis Constantiensis nominibus, ac Syndici ad hoc eligendi, promittent & jurabunt, quod *recipient* Dominum nostrum *Papam cum honorificentia & ceremoniis*, consuetis Romanis Pontificibus exhiberi. Ac eum tenebunt & *tractabunt ut verum & unicum Papam* & summum Pontificem, ac defensabunt ipsum in libertate sua. Ita quod semper & omni tempore licebit ei stare in dicta civitate, & ab ea recedere, non obstante quocunque impedimento.

Item promittent, quod Dominus noster Papa, per se & suos officiales *suam jurisdictionem libere exercebit*, quod tam ipse quam Officiales sui, ad hoc deputati vel deputandi, libere poterunt ministrare justitiam inter omnes & singulos Cortesanos seu Curiam Romanam sequentes, tam in spiritualibus quam temporalibus.

Item quod dicti Magistratus, &c. *reverenter recipient, tenebunt & tractabunt* Dominum nostrum *Papam* & Dominos *Cardinales*, ac omnes alios *Cortesanos* & Romanam Curiam sequentes.

Item

Item promittent dicti Magistratus, &c. quod si aliquis eorum jurisdictioni subjectus contra aliquem ex Cortesanis seu Curiam Romanam sequentibus, vel qui erunt ibi causa Concilii, *delinqueret* vel excederet, ipsi facient vel fieri *facient celerem justitiam.* Et similiter facient Officiales Domini nostri Papæ, si aliquis ex Cortesanis seu Romanam Curiam sequentibus excederet contra Civem vel aliquem eorum jurisdictioni subjectum.

Item quod dicti Magistratus, &c. *observabunt*, & observari facient *omnem salvum conductum*, quem ipse Dominus noster Papa aut ejus Camerarius seu Apostolicam Cameram regens faciet cuicunque personæ, nec illum infringent, aut violabunt, aliqua causa vel occasione, seu quovis quæsito colore, dummodo non sit rebellis aut hostis dictæ Civitatis.

Item promittent dicti Magistratus, &c. quod pro eorum posse per totum eorum Territorium & obedientiam servabunt *stratas & vias securas & apertas*, ita, quod omnes venientes ad Concilium, seu ad Curiam, aut recedentes ab ea, libere & tute absque alicujus offendiculo possint secedere vel venire.

Ac etiam de mandato Nobilium & circumspectorum virorum, *Henrici de Ulm*, *Magistri Civium*, *Joannis Hagen*, *Advocati dictæ Civitatis*, habentium ad hoc specialem potestatem, auctoritatem & baileam, secundum formam ordinamentorum dictæ Civitatis talia Consilia congregandi. In quo quidem Consilio interfuerunt præfati, Reverendus Dominus *Commissarius*, *Magister Civium*, & *Advocatus*, prædicti, *Consules & proconsules*, *Scabini*, *Cives Principales*, & alii omnes & singuli Cives & *Officiales* sive Magistratus dictæ Civitatis Constantiæ, nec non cæteri *Consiliarii* & *Cives* alii dictæ Civitatis, facientes & repræsentantes universum populum, arbitrium & potestatem ejusdem, secundum statuta & ordinamenta ac consuetudinem dictæ Civitatis, *pro nonnullis necessario ac salubriter disponendis, concernentibus universale bonum generalis Concilii, in dicta Civitate Constantiensi*, Christo prævio, de proximo celebrandi, & præsentim ex causa & occasione promissionum & juramentorum præstandorum per Syndicos infra scriptos. *Consilium à Senatu Constantiensi decis habitu, in quo à Cæsaris Commissario data Constantiensibus licentia hæc promittendi.*

In quo etiam *Consilio* sic ut præmittitur *congregato*, egregio utriusque juris Doctore Domino *Joanne de Pieudebenis*, *de Montepolitiano* vocato, interveniente & & personaliter existente, extitit enarratum, quod, cum alias de mandato Sanctissimi Domini nostri, Domini Joannis, divina providentia *Papæ vigesimi tertii* prædicti, eisdem Magistro Civium & cæteris officialibus dictæ civitatis, secundum assertionem partium prædictorum hujusmodi supra scripta capitula actualiter præsentaverit, & petierit illa acceptari, jurari & observari, prout habuerat in mandatis, & in dictis capitulis plenius continetur: Et ex certis causis animos prædictorum moventibus *distulerunt dicta promissiones & juramenta* facere, quousque super his *à Serenissimo Rege* præfato *licentiam obtinerent*, super promissione, juramenti præstatione, & observantia Capitulorum prædictorum fiendis: Et nunc constat prædictis Magistratibus, Consilio, populo & communi, quod dictus Dominus Commissarius *potestatem* & autoritatem habeat à præfato Serenissimo Rege dictam hujusmodi *licentiam concedendi.* *Assessores Magni istius Consilii: Commissarius Cæsaris, Magistratus Constantiensis, Legatus Papæ Johannis 23.*

Ideo vir providus & discretus *Leonardus Brugi*, Notarius publicus, & Domini Episcopi Constantiensis ad hunc actum interpres, de mandato, voluntate, præsentia, & consensu totius dicti Consilii, cum debita reverentia, vice ac nomine communis & populi dictæ Civitatis Constantiæ, *petiit dictam licentiam* dictis Magistratibus, Consilio, populo, ac communi *concedi*, cum plena ac libera potestate omnia & singula in dictis Capitulis comprehensa acceptandi, *promittendi*, jurandi, observandi, & exequendi, prout in ipsis latius continetur.

Qui Dominus *ArchiEpiscopus Commissarius* antedictus, audita dicta petitione, sedens in dicto Palatio super quodam scamno inibi posito, quod ad singula infrascripta pro suo Tribunali idoneo elegit, dictam petitionem nomine & vice

dicti

dicti Serenissimi Regis admisit pure & simpliciter, *concessitque dictam licentiam*, cum plena & libera potestate, arbitrio & balia, omnia & singula per eum petita vice & nomine dicti Communis acceptandi, *promittendi*, jurandi, & observandi, prout & sicut in dictis capitulis continetur, omnibus meliori modo, via, jure, & forma, quibus magis melius & efficacius de jure fieri potuit, secundum formam & tenorem suæ commissionis.

Prælecta in consessu capita

Deinde immediate post prædicta, *Joannes Hum*, civis Constantiensis, Notarius & scriba dictorum officialium & communis, habens in manibus copiam *Capitulorum* in dictis Regiis literis insertorum, & præsentatorum coram dictis Magistratibus & communi per supradictum Dominum *Joannem de Piendebenis de Montepolitiano*, & Dominum *Bartholomæum Dillante de Pisis*, ejus collegam, pro parte ejusdem Sanctitatis personaliter in dicto residentes consilio, *legit* singulariter ac distincte, omnia & singula *capitula* supradicta, de verbo ad verbum, auscultata per nos Notarios infrascriptos cum alia Copia quam in manibus tenebamus, & subsequenter exposita & *vulgarizata* per præfatum *Leonardum Brug* Notarium publicum, & ut præfertur *interpretem*, ad apertam & claram intelligentiam omnium prædictorum ibidem existentium.

Germanice versa, ut ab omnibus præsentib' audirentur.

Quæ omnia & singula capitula supradicta, sponte & ex certa scientia, non ducti aliquo errore juris vel facti, sed ex eorum & cujuscunque eorum libera & spontanea voluntate, opportuna inter eos deliberatione præhabita, *approbaverunt & acceptaverunt.*

Admissa & approbata à Constantiensibus.

Promittentes, omnia in eisdem Capitulis contenta attendere, facere & *observare*, prout inferius latius apparebit.

Datam Constantiensium promissionem confirmavit Commissarius Cæsaris.

Quibus acceptationibus & promissionum observationibus præfatus Dominus *ArchiEpiscopus Colocensis Commissarius*, vice & nomine ejusdem Serenissimi Regis *autoritatem interposuit* & decretum: Præsente & intelligente dicto Domino *Joanne de Montepolitiano*, & prædicta omnia & singula *acceptante*, & fieri & observari petente pro parte antefatæ Sanctitatis nec non collegii Reverendissimi in Christo patrum sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & suæ Curiæ, secundum exigentiam & tenorem dictorum Capitulorum.

Præterea eisdem die, loco, & testibus, omnes & singuli, Consilium & Consiliarii supradicti, attendentes, quod inter cetera in dictis capitulis contenta postulatur, quod dicti Cives omnes & singuli dictæ civitatis per se vel per suos Syndicos idoneos *jurare* debeant observantiam Capitulorum hujusmodi prædictorum: Volentes voluntati ejusdem Sanctitatis satisfacere in prædictis, matura inter eos deliberatione præhabita, nominaverunt, deputaverunt, & elegerunt unanimiter & concorditer, nemine discrepante, cum plena libera & omnimoda potestate, arbitrio & bailia, nobiles & discretos viros præfatos, *Henricum de Ulm Magistrum Civium*, & *Joannem Hagen*, *Advocatum* dictæ civitatis Constandtiæ, eorum & cujuslibet eorum Syndicos, Procuratores, Actores, factores, seu Nuncios speciales, ad firmandum, acceptandum & concludendum, promittendum, *jurandum* etiam in animas constituentium, & cujusque eorum, obligandum dictum commune & universitatem, ac etiam singulares personas ejusdem, in de & super observatione omnium & singulorum Capitulorum prædictorum, & sub illis obligationibus, modis, formis, & cautelis, quibus pro validiori robore, & efficacia præmissorum eorum discretioni videbitur convenire, ponentes eos in locum communis & singularum personarum ejusdem, & in eorundem animas & cujusque eorum.

Deputati ad jurandum pro Constantiensibus

Promittentes etiam omnes & singuli supradicti habere ratum & firmum, quicquid per dictos Syndicos, & Syndicario nomine dicti communis gestum, actum, firmatum & conclusum, ac *juratum* fuerit, & promissum, & omnia & singula sic per eos gesta, jurata, promissa & conclusa, perpetuo attendere & observare, & in nullo contrafacere vel venire, prout inferius in forma juramenti latius & seriosius continetur.

Rele-

Relevantes eos & quemlibet ipsorum ab omni onere satisdandi. Et prædicta omnia & singula fecerunt & ordinaverunt omni modo, via, jure & forma, quibus magis melius & efficacius potuerunt, tam de jure quam secundum formam statutorum & ordinationem seu consuetudinem dictæ civitatis: Præsente, intelligente, ac pro Tribunali sedente supra dicto Reverendo in Christo Patre, Domino *ArchiEpiscopo, Commissario.* Qui prædicta omnia & singula vice & nomine dicti Regis approbavit, ratificavit & promulgavit, ac pro firmiori prædictorum efficacia suam & præfati Serenissimi Regis autoritatem interposuit solenniter & decretum.

Eisdem, die, loco, & testibus, antefatus Reverendus in Christo Pater & Dominus *Andreas, Commissarius*, asserens se habere mandatum à sanctitate præfata, sibi factum per eandem sanctitatem oraculo vivæ vocis, *de recipiendo Promissiones & juramenta* infrascripta, tenens in manibus suis unum Missale apertum, & coram eo *genu flexis ambobus Syndicis* supradictis, & *Capite discooperto*, humili & devota reverentia, qua decebat, *tactis per eos propriis manibus sacrosanctis Evangeliis, recepit* ab eis promissiones & *juramentum* sub hac forma, videlicet:

Commissarius Cæsaris pro Papa juramentum solennia exegit.

Vos, *Henricus de Ulm*, Magister Civium, & *Joannes Hagen*, Advocatus dictæ Civitatis, Syndici & Syndicario nomine antedicto, omni, dolo, fraude, machinatione, vel interpretatione aut exceptione cessantibus, pure, libere, & simpliciter, & ex certa vestra & totius populi civitatis Constantiæ scientia, non ducti aliquo errore, juris vel facti, sed ex vestris, & totius dicti populi liberis & spontaneis voluntatibus, *juratis*, tam nomine vestro, quam omnium & singulorum Civium & personarum seu habitatorum dictæ Civitatis Constantiæ ejusq; territorii, fortiæ & districtus, & in animas vestras & omnium prædictorum & cujuslibet eorundem, in manibus Domini ArchiEpiscopi & Commissarii antedicti, recipientis vice & nomine sanctitatis ejusdem, & præfati sacri Collegii Domini Cardinalium, & suæ Curiæ universalis. Et ita *jurando promittitis*, quod omnia & singula Capitula supradicta, & ut supra lecta & vulgarizata, pure, libere, & simpliciter, bona fide, & recto corde observabitis & observari facietis, in omnibus & per omnia, & contra illa vel aliquod eorum nihil attentabitis, seu attentari vel fieri facietis, seu permittetis, per vos vel alium, seu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte, seu sub quovis quæsito colore, de facto vel de jure, quod dici vel allegari, seu excogitari quomodocunque & qualitercunque possit, juxta & secundum formam, exigentiam, & tenorem dictorum Capitulorum, sub pœna violationis fidei, & perjurii.

Formula juramẽti.

Qui *Syndici* auditis prædictis taliter responderunt, videlicet: *Et ita promittimus & juramus. Et ita Deus nos adjuvet, & hæc sancta Evangelia Dei.*

Qui etiam Dominus *Archi-Episcopus & Commissarius* supra dictus dictas promissiones & juramenta dictis nominibus approbavit, ratificavit, & ad firmioris roboris cautelam, suam & præfati Serenissimi Regis auctoritatem interposuit & decretum, omni modo, via, jure & forma, quibus magis, melius & efficacius potuit, tam de jure, quam secundum formam suæ commissionis.

Præstitũ à Constantiensibus juramentũ, Commissarius Cæsareus cõfirmavit.

Præsente supra dicto Domino *Joanne de Plendebenis de Montepolitiano*, & omnia & singula supra dicta fieri & observari petente, secundum formam & tenorem Capitulorum superius descriptorum.

Rogando nos *Notarios* infra scriptos, quod de omnibus & singulis supradictis, unum duo vel plura conficere deberemus publicum vel publica instrumentum seu instrumenta & toties quoties fuerit opportunum, *sub dicta Civitatis Constantiæ soliti sigilli munimine* roborandum seu etiam roboranda.

Constantiensium sigillo istheæ obsignata.

Actum in dicta Civitate Constantia in aula seu stuba Palatii supra dicti: Præsentibus Magnifico & strenuo milite Domino *Joanne de Bodon de Svevia*, & ejusdem Serenissimi *Regis* in dicta Civitate Constantiæ *Commissario*, ac Venerabilibus & egregiis viris Domino *Francisco de Picolpassis de Benonia*, Cameræ Apostolicæ Clerico

Testes in hoc actu Cõstantiæ præsentes, pro Cæsare & Papa Johannes,

Clerico, & Nuncio Sanctitatis ejusdem, & Domino *Joanne Polling*, Decretorum Doctore, Canonico Ecclesiæ Constantiensis, &c.

Conventiones & pacta sæpius renovata in ipso Concilio inter cives Constantienses ac Concilium, *de locatione & conductione domorum ac utensilium.*

Et hoc momentum ad apparatum Concilii decentemque ordinem spectat. In ipsis verò *Actis Concilii* suis locis recensita isthæc pacta. Vid. *Tom. IV. Parte I.* ad Ann. 1414. mense Novembri. V. *Parte IX.* ad Ann. 1416. Calendis Aprilis: Quando inita sunt hæc distinctius, atque in literas plene redacta, adhibito *Ludovici Ducis Bavariæ Electoris Palatini* sigillo. Confirmata dein *eodem anno* 1416. 14. *mensis Decembris, die Lunæ*, in publica Sessione.

TOMI V. PARS II.

Viri in Concilio Inclyti GEBHARDI DACHERII Constantiensis

HISTORIA MAGNATUM IN CONSTANTIENSI CONCILIO

Primis Concilii Annis XIV. & XV.

Ex MSC. Vindobonensi Cæsareo.

AD Concilii *splendorem* facit Patrum atque hospitum numerus, dignitas & majestas. In nullo vero Concilio vel tot Principes, vel Magnates ac eruditos viros fuisse congregatos, quam in hoc Constantiensi, omnis docet historia. Ut hoc quoque nomine nulla splendidior extiterit synodus Constantiensi.

In ipsis actis & Decretis Concilii recensendis, *supr. Tom. IV.* majoris lucis gratia, commemorare suis locis placuit, quando Cæsar, Papa, Principes, Magnates denique præcipui, Constantiam venerint.

Johannes de Haideck.
Fridrich de Rin. XX
Milites *Hainrich* de Palutz.
Jörg Gannfridi.
Gaschgius von Gara.
Andres Pocus. } Ungari. XXXIV.

Nicolaus,
Burkardus,
JanGaschgin } Vilosandri, Ungari. X Servi
Leonhardus de Jungingen,
Johannes,
Wolffo, } Filii sui. X Milites
Johann de Froberg. XIV Frey
VVolffo de Brandis. Frey
Dietegen de Marmels,
Dietegen,
Andres, } Filii sui.
Johannes de Slandersberg. XL Servi
Hainrich deRockvvile,
Mantzo de Rockvvile. VI Milites
Hainrich
Albertus } de Rechperg, XII Milites
Andres de Palitzgi,
Ghamn de Schrintn, } ex Polonia. XVIII Milites
Hillung de Ulemburg.
Johann de Ulemburg, XII Milites
Michel de Rischach,
Ruff
Egge
Hainreich
Ulreich } de Rischach.
& quatuor de Rischach de Richenstain. XXX Servi
Berthold von Morsberg,
Heinrich von Morsberg, VI Servi
Hainreich de Gumpenberg. IV Servus
Andres von der Tauben, Bohemus. X Frey
Porrferea de Sabaudia. IV Servus
Jacobus Marrandula,
Simon de Westfal,
Hainreich Engelberg. } XIV Milites
Rudolff de Enndingen,
Heinreich Guss,
Cunrad Bock, } de Argentina. XIII Milites
Fridericus Schettnr,
Cunrad Lowenstein. } ex Westerreich. VI Servi
Heinrich Gebotsch,
Hermannus Gebotsch,
Johannes Lingschenk,
VVintzig Kramer. } de Merhern. Servi
Analus Pomerra, ex Portugal. VI
Caspar von Friberg,
Hans von Westernach. VIII Milites
Joan. Druchses, de Waltburg,
VValther de Stadgen,
Jacob
Ulrich
Hans } Druchses, filii sui, de Waltburg,
Göltzer de Schellemberg, XLIV Milites

Egge

Servi
Eggo de Küngseck,
Albrecht de Küngseck,
Albrecht Tolbischaim de Küngseck.

Frey Miles. *Cunrad* de Biggembach,

Freyen
Dietrich Schenk, de Erpach,
Cunrad Schenk, de Fochenpach,

Milites
Johannes de Hirschorn,
Schvvartz Rainhart de Siggingn,
Johannes Gevvolff de Teggemberg,
Johannes de Siggingn,

Servi
Rainhard de Siggingen, Hoffmeister,
VVilhelm de Falkenstain,
Johannes de Feningen, Senior.
Johannes de Feningen, Marscalkus,
Johannes de Kich, Schenk.
Cunradus de Rosemberg,
Svvigger de Siggingen,
VVipprecht de Helmstat,
Philipp de Ingelshaim,
Heinrich de Eremberg, Junior.
Hartmannus de Henttishaim,
Eberhardus de Hirsberg,
Horneg de Hornemberg,
VVolffo de Avve,
Martinus Blos,
Joannes de Rosemberg, Junior
VVilhelmus Svvaiger,
Conradus de Erlckon, aliàs Hornberg,
Stephan de Emershoven,
Cunradus Buchfelder,
Cunradus } de Faringen,
Dietricus }
Dietrich Rainach,
Bernhardus Svven,
Johannes Itzen, Ritter.
Altman Bettendorffer,
Ludovicus de Mentzingen,
Arnold Sleder,
Eggbrecht de Wachelm,
Piter } vom Puhl.
Bernhart }
Johannes de Wingartn,
Johannes de Branberg,
Johannes de Hettikon,
Rainhart de Siggingn,
Johannes de Roseneck, Junior.

} Apud Ducem Ludovicum & fratrem ejus Ducem Ottonem, Duces Bavariæ & Palatinos Rheni,

Milites
Amodeus de Chalanco, Romanus. X

Marinus Schlaffus Napulii, XIV
VVolff de Zulnhart, VIII

Michel de Ferandis,
Berchtholdus de Feronis,
Ludovicus,
} Italici. X Miles Servi

Conradus, Dominus in Winsberg, Sacri Imperii Camerarius, XIV Frey

Burkardus Münch,
Albrecht von Eglolfstain,
} de Basilea. XIV Milites

Frey. Milites
Otto von Ulenburg,
Meinhart von Louffen,
Johannes von Lindavv,
VVierich von Grütlingen,
Ehrenfried von Seggendorff,
Jorg Schenck von Girn.
Hainreich von Seggendorff,
Hans von Sansan,
Ott von Scheden,
Strebitz aus Polan,
Hans von Ennsingen,
Wilhelm Fuchs,
Johannes von Hilpurg,
Johannes Ratzenberger,
Hans Sachs,

} Apud Burggravium de Nuremberg. Servi

Walther de Hungersfort, Anglicus. Miles XXX

Cunrad Schenck de Linberg, Servi
Johannes de Haidegg. X

Milites
Jorg von der Lipp,
Hans von der Lipp,
Albrecht von Ranavv,
} aus Mehrn. XX

Frey Miles, Zuder Benedict von Butsch Ungarus, XXIV

Joannes de Monte Forti, V Miles.

Manuel de Chrisolora, de Constantinopoli, ex Græcia, VIII Miles.

Milites
Wilhelmus de Rimpfen,
Joannes Zoller,
Ott Pfatt,
Appel de Liechtenstain,
Joannes, Druchses de Baldershaim,
Dietricus Druchses de Wetzhusen.
Lamprecht de Rinhofen,
Rapp de Hoffart,
Joannes Pfatt de Saltzburg,
Antonius de Bibra,
Appel } de Miltz,
Hans }
Petrus Druchses de Wetzhusn.

} Apud Episcopum de Würzburg. Servi

Sigmund Froberger, Milites

Wernherus Waldegger, XIII
Milites *Johannes*] Layminger, *Georius*]
Wilhelmus de Froberg,
Johannes Kuchler,
Ulricus] Weispriacher, *Johannes*]
Fridericus Bentznavver.
Apud Archi-Episcopum Saltzburgensem.

Milites *Johannes* Castellanus Calisiensis,
Saffitius de Sarbosgi,
Donko de Kall,
Stentzlavv Merski,
Jan Kalixgi,
ex Polonia & ex parte Regis. CXX

Milites. *Johannes* von Bomerdingen,
Cunradus] Waldner, *Diepolt*] X
Servus *Jacobus* de Cadenancia, Romanus, VI
Milites *Georius* Zittruff,] *Nicolaus* Ribnitz,] ex Slesia, XII
Servus *Zobel* de Athesi, V
Frey miles, *Stephan* de Gundolfingen, IX
Milites *Jan* de Mervvitz Bohemus,
Fridericus de Scharffenberg, XIX
Miles Freyen *Albrecht*, *Hainrich*, *Hainrich*, *Ott*, *Johannes* Schenck de Sidavv.
Milites *Johannes* de Waldavv,
Albrecht Holtzendorffer,
Marquart de Netzbletz,
Johannes de Kokritz,
Servi *Hermannus* Loser,
Albrecht Wolff,
Johannes Sengvvitz,
Ott de Diebon,
Gunther de Krudeln,
Zugo de Rotsch,
Johannnes Willgotz,
Bertholdus Lest,
Dietrich] Meninger, *Günther*]
Hainrich Marschalch de Pappenhaim,
Christoff Frauvvenhorst,
Johannes Poss,
Eberhard de Bluch,
Johannes de Libsg,
Gunther Rainstain,
Johannes Trachnavver,
Wurbolt de Wald,
Hainrich de Honday,
Apud Dominum Rudolphū Ducem Saxoniæ.
A

Peter Hecht, A
Hainrich de Lotz,
Gebhard Huppfer.
Milites *Koppo* zu Zedlitz,
Hainricus Hagg,
Gim Huntschge,
Petrus Silstrang,
Nickl Warnstorffer,
Hainrich] *Otto*] Schag.
aus der Slesien. XXXVI.
Joannes de Honburg, aus Westerreich, VI Frey Miles
Servi *Johannes*, *Conradus*, *Hainricus* de Hodorff. X
Frey Milites *Schvvigger* von Gundolffingē,
Albrecht Brisinger,
Albon Closner,
Dietricus Haffer,
Servi *Sitzo* Törringer,
Matthes Graus,
Christan Witzlebn,
Caspar Törringer,
Hans Froberger,
Wilhelm Ahanner,
Apud Dominum Ducem Heinricum Ducem Bavariæ & Palatinum Rheni
Asem Sebelstorffer.
Asem Layminger.
Hainrich Franawer.
Ulrich Egger.
Johannes Truchsess.
Paul Closner.
Hans Zweyrudd.
apud Dominum Ducem Heinricum Ducem Bavariæ & Palatinū Rheni.
Miles *Eberhart* de Friberg.
Cunrad de Friberg.
Sigmund Froberger.
Wilhelm Törringer.
Bernhard Waldegger.
Servi *Wilhelm* Machselrauter.
Hanns, filius suus.
Ott Bentznawer.
Rudolff Brisinger.
Steffan Ebbser.
Peter Michelspeckch.
Hanns von Sentlingen.
Otto de Staetlingen.
Johannes Waichinger.
Cunrad de Magenbuch.
Wilhelm Schelmburger.
Cunrad Eglolffstein.
Christoff de Friberg.
Wilhelm Landsiedler.
Cunrad de Friberg.
Albrecht Turnli.
Sigmund Waltenhofer,
apud Ducem Wilhelmum Ducem Bavariæ & Palatinum Rheni.

Frey

Frey miles, Turing de Rainstain. VIII
Milites *Berung* Kowalitschgi.] Bohemi. XXI
Jan Sidenstrang.
Peter Strall.]
Milites *Jordan* Ploschgon. | de civitate
Marchart de Dornen. | Lubeck.
Rainhart de Kalffen. | XII
Frantz Hagendorn de Argentina IV
Milites *Buben* Fromberger.
Cuntscho de Cholm.
Hugo de Schonwald, | Bohemi
Gerso de Cholm.
Albrecht Sidenstrang. | XXI
Milites *Petrus* Bugersch.
Anthonius Kalabrie. | Ungari. XII
Petrus Silstrang.
Milites *Jan* Billing.
Dietrich Billing. | ex Polonia. XVII
Johannes Sonson.
Miles *Johannes* Mulmen, aliàs de Lantsberg.
Servi *Johannes* Bock.] de Argen-
Rudolff Barpfennig.] tina. XXII
Milites *Sigmund* de Laffantz, Ungarus. X
Arpaganus de Lingati ex Francia. XIV
Milites Laurentz Damma, Bohemus. XXII
Hugo de Monfredis ex Polonia. XX
Caspar Bischgunt] de Mediolano.
Otto de Mondelle.] XXX
Milites *Johannes* de Stadgen.
Hainrich von Hornungen.
VVolffo de *Stain*.
Hainrich de Isenburg.
Servi *Puppili* de Ellerbach.
Thomas de Froberg.
Johannes de Ast. XL
Milites *Cunrad* de Bomersfeld.
Burkard de Seggendorff.
Friedreich de Kindensberg.
Ulreich de Kindensberg.
Servi *VVilhelm* Mayental.
Ott de Stoffemberg.
Cunrad de Uffsess.
Ortolf Zugerüter.
Johannes Schütz.
Mertzgi de *VValdenfels*.
Johannes Blassemberger.
Michel, Druchsess de Bomersfeld.
Hermannus de Hirsberg.
Burkart de Tann.
VValtherus de Waldenfels.
Eberhard de Vorst.
Albrecht de Uffses.

(Apud dominum Johanné Burggravium in Nuremberg.)

Hainrich de Stain.
Christoff Slegler.
Hainrich de Kotznaw.
VVolffgang von Eglolffstein.
Albrecht von Hünhan.
Peter Nothast.
Dietrich Berlenstett
Lutz de Eschenstett.
Nikl Wild.
Jorg de Hirsberg.
Lucas Starig.
Michel de Rodwitz.
Johannes Roder.
VVolfahrt Tanner.
VVilhelm Zobel.
Johannes de Liechtenstain.
Gunther de Griesshann.
Hugl de Mangstratt.
Heinrich Tanndorffer.
Johannes Rabenstein.
Janigi Behem.
Berchtold Fronawer.
Hanns Ratzenberger.
Fritz de Kölln.
Hainricus Marschalech.
Jorg de Krawat.
Christan Steinbach.
Joannes Steinbach.
Matthias, *Johannes*, Kindensberg.

(Apud dominum Johanné Burggravium in Nuremberg.)

Arnolt de Kamern.
Diepolt Heal.
Ludvvig Bentznawer.
Johannes de Appsberg.
Herman de Praitenstain.
Cünrad Payer von Puchpartn.
Asem Brisinger.
Johannes Marx de Argentina.
Gaiselitz de Bolchen.
Cunrad Layminger.
Wielant Swelher.
Seitz Marschalch, Junior.
Arching de Rochemberg.
Eberhart de Friberg.
Seitz Marschalch de Ganson.
Burkart Marschalch de Piberbach.
Frik Schenk de Girn.
Heimrain Hasslinger.
Steffan Bebenhuser.
Mauritz de Waltkilch.
Franciscus de Stain.
Krafft Bettor.

(Apud ducem Ludovicũ, Ducem Bavariæ & Palatinum Rheni, jam residentem in Francia.)

Ulricus Riedr.]
Herman de Braitenstain.
Heinrich de Appsberg. Apud Du-
Jacob } de Wolfstain. cem Lu-
Laurentz dovicũ,
Wilhelm Ducem
Hilpolt Mendorffer. Bavariæ
Albrecht Frodemberger. & Palati-
Rudolffs Frodemberger. nũ Rhe-
Christoffl Layminger. ni, jam
Wilhelms Layminger. residen-
Petrus Schonstettn. tem in
Peter von Zemen. Francia.
Köllin Pallas.
Arnolt Kürsell.]

Frey miles, *Wilhelm* de Wiene, Dominus ad sanctum Georium, & Dominus ad sanctam crucem,
Freye *Johannes* de Wiene, filius ejus, } ex Bur-
Johannes von der Newnstat. gundia.
Milites *Wilhelmus* de Nabanna.
Jan Ruland. LXIIX
Miles *Andres* de Juditz de Napels. XVIII
Frey mi- *Gvvido* de Amnasia } de Na-
lites *Gvvido* de Miseriis pels.
Ermannus de Buntto XLII
Miles *Dienot* de Losans, Ungarus. XVI
Milites *Wernher* de Waldegg.
Wilhelm de Bebenburg.
Servus, *Jan* Jorognewschgi, Polonus. VI
Freye *Hanns Bernhart* von Hasemburg.
Cunrad de Finstingn.
Servi *Leuteldus* de Berensels.
Johannes Schilling.
Hainreich de Effringn.
Kainhardus de Reinhingen. XXXIII
Milites *Burkart* de Lochon. III
Philipp de Rikombus de Rimeln. XII
Miles *Brun*] de Lupsn.
Servus *Hainreich*] VI
Milites *Gelfformus* de Pompodoria.]
Eliocus de Pisatho.
Petrus de Pauliano. Franci-
Wilhelmus de Padio valle. genæ.
Eliocus Wigerii. XXXVI]
Milites *Johannes*] de Kalavilla Francigenæ.
Carolus] XII
Frey mi- *Ponco* de Zastolowitz.] Bohemi
lites. *Rubin* de Risemburg. apud Do
Petrus de Sternberg. minum
Jan de Clum Episco-
Albrecht de Rabenstein.] pum Lu-

Johannes Postein.] dimis-
Milites *Arnolt* de Sirk. lensem.
Kilianus de Lud. XL
Servi *Hainricus* Payer.
Johannes de Hosenvvilla. ex ter-
Pfanricus de Baroy. ritorio
Makko de Zweibruck. Lotho-
Walther de Tann. riæ.
Johannes de Basilea.]
Frey mi- *Otto* Schenck de Missen.
lit. *Ulreich* de Blankenberg apud Comitem
Fridericus de Widermundt. IX
Servi. *Wilhelm* de Bochtelshain.
Gerdorfft de Trow. VI
Servus, *Dietrich* de Tüngen, Francigena. VI
Milites *Smasma* de Rapoltstein. XIII
Christoph Veltsperg.] apud
Servi *Wilhelm* Graf. Comitẽ
Petrus Munchaimer. Heinri-
Hainreich Seeman. cum de
Johannes Seeman.] Görtz.

Extranei.

Aurifabri, & eorum socii. XLV
Mercatores, & servi. CCCXXX
Institores, & servi. CCXLII
Calceatores, & servi. LXX
Pellifices, & servi. XLIIX
Apothecarii, & servi. XLIV
Fabri ad equos, & servi LXXXXII
Pistores Bastillarum tantummodo. LXXV
Alii pistores Papæ, Cardinalium & aliorum Dominorum. CCL
Hospites ad vinum Italicum, & servi. LXXXIII
Alii miseriorum hospites. XLIII
Camsores Florentinorum, & servi. XLIIX
Sartores, & servi. CCXXIIX
Heroldi. LXV
Histriones, Pusunatores, & eorum similes. CCCXLVI
Rasores, & servi. CCCVI
Mulieres communes, quas reperi in domibus, & ultra, & non minus, exceptis aliis. DCC.

Per-

INSIGNIA QVINQVE NATIONUM, IN QVAS UNIVERSA ECCLESIA IN CONCILIO CONSTANTIENSI OB MELIOREM VOTANDI ORDINEM AUTORITATE SIGISMUNDI IMPERATOR. DISTRIBUTA.













SIGILLUM CONCILII CONSTANTIENSIS, ABSENTE A CONCILIO SIGISMUNDO IMPERATORE ADHIBITUM.



Perbrevis descriptio hospitum in Concilio Constantiensi, fatorum, & annonæ.

Ex antiquissimo Codice MSC. Vindobonensi Elstravviano,

Act. C. C. Parte I. f. 114. b. h. tit.

De numero personarum Concilii, valore rerum venalium, & d acquisitione multimoda pecuniarum.

In MSC. Vindob. Elstr.

IN præsenti Concilio fuerunt Milites plus XXIIIIC. quorum nomina non possunt conscribi.

Item ibidem computati sunt XVIIIM Prælatorum, sacerdotum & Presbyterorum.

Item ibidem fuerunt LXXX M laicorum, qui fuerunt advenæ.

Item xvc meretrices vagabundæ.

Item conscripti erant xxxvi M. lecti pro advenientibus.

Item unus lepus solvit unam libram hall. & postea emptus fuit pro uno plaffer & circa.

Item labulum semper fuit in bono foro, ita, quod non valuit ultra 24. ß. sed communiter solvit 20. & 21.

Item dicebatur quod plus quam vc homines de nocte sint submersi in lacu.

Item una Gallina solvit v. solidos hall.

Item Asperiolus vi plaffer. Item una columba 2. plaffer.

Item. 3. rosæ pro uno ß. Item duo pueri lucrati sunt 22. libras hall. de fœno, quod levaverunt de terra quando portantibus dictum fœnum cecidit.

Item juvenis scrofa lactans, octo plapph.

Item dicitur, quod una meretrix lucrata est viiic florenos.

Item 1. lilium album pro solido.

Item duo pueri lucrati sunt L. florenos cum fœno quod lavaveruut de terra, & hoc protestatum est in hospitio apud crucem æneam.

Item singuli pueri lucrati sunt iiiic. libras de fœno, quod cum rastris collegerunt.

Item, quidam civis Constantiensis vendidit uxorem suam Cancellariis Regis pro vc ducatis, pro quibus pecuniis emit domum.

Ut redimamus nunc tempus & chartam, mittimus hac vice *alios catalogos virorum illustrium*, qui Constantiensi Concilio interfuerunt, quos dederunt, *Munsterus, Dacherius, Reichentalius*, & alii, in suis *Constantiensis Concilii historiis.* Quas *descriptiones*, Germanico idiomate paratas, ex hoc opere tantisper abesse oportuit. Iidemque viri *fuse* admodum *persecuti*, quam sollicitas Cæsar cum Constantiensi Magistratu fuerit, ut in tanto hominum confluentium numero, omnium rerum copia & vili quidem suppeteret pretio. Quod admiratione dignum.

TOMI V. PARS III.

De admirabili ordine ac distributione Constantiensis Concilii in consultando per V. Nationes.

NOn profecto satis erat, adesse Pontificem supremum, Cardinales, curiam Romanam, ArchiEpiscopos, Episcopos, Abbates, Doctores, aliosque eruditos absque numero, nec non Cæsarem, Imperii Electores, Duces, Comites, Barones, nobiles, Legatos universi orbis. *In consultando* opus erat *ordine* apto, rebusque tractandis congruo. Quanquam verò antea viritim suffra

ſuffragia colligi ſueviſſent, ob artes tamen in illo genere obvias, in Conſtantienſi Concilio alius novusque, aptior, certior atque ſincerior *modus deliberandi* inventus atque feliciter admiſſus.

Poſtquam enim ſuboluerat in exordio Concilii viris illuſtribus, Johannem Pontificem, ut ſuis ſerviret commodis, publicæ ſalutis prodigum, ſuffragia ex Epiſcoporum numero venari, ſibique mancipare velle, indeque Epiſcopos titulotenus permultos, teſte Niemio, creaſſe: Hanc artem eludendam opinati, non viritim ſed tributim ſuffragia Concilii colligenda eſſe judicarunt. Ita ergo diu multumque, Johanne Papa vehementer reluctante, in principio Concilii de Concilii diſtributione in certas nationes actum. Effectumque, Cæſaris maximè operâ, ut abſentibus adhuc Hiſpanis, univerſum Concilium, omnesque Patres & hoſpites, in *quatuor* diſpertirentur *Nationes, Germanicam, Gallicam, Anglicam* & *Italicam.* Poſtea, accedentibus Hiſpanis, controverſia *Anglis* mota à Gallis, quibus hi peculiare jus Nationis & ſuffragiorum denegarent: Quosque Germanis accenſendos crederent: Ut numerus nationum per Hiſpanos accedentes non augeretur, ſed Angli Germanis juncti unam abſolverent nationem. Quod uti nec è re Concilii & arduorum negotiorum, ita nec Anglis arriſit. Quapropter acriter *inter Gallos & Anglos diſputatum* de nationis jure. Donec pro Anglis ſententia ferretur, qui peculiarem omnino Nationem præſtarent, ac peculiare ſuffragiorum jus in Concilio retinerent.

Quo facto, ſuperioribus *quinta, Hiſpanica*, juncta eſt natio. Et inter Hiſpanos deinceps non levis ſuborta eſt quæſtio de jure ſuffragiorum inter Navarrenſes & Caſtellanos. Quæ itidem compoſita, ut unam omnes abſolverent nationem Hiſpanicam. Quæ omnia *partim* ex *Theoderici Vrie Hiſtoria Concilii Conſt.* partim ex *Actis & Decretis* Concilii Tomis ſuperioribus luculenter conſtant.

Quandoquidem ergo Galli & Angli haud exiguis *ſcriptis* de ſuo dimicarunt jure, quæ Concilio exhiberent, illa diſſimulanda haud fuerunt. Huc proinde referre libuit, partim, quod ad hiſtoriam de nationum diſcrimine in Conſtantienſi Concilio pertinerent, partim, quod oblata quidem in publicis eſſent ſeſſionibus, aſt ob prolixitatem, tædium, & litium moleſtiam, non prælecta, in *Acta* nihilominus relata. Ex *MSCto* itaque hæc damus codice, eoque *Lipſienſi.*

Robertus Wyngfield, Eques Anglus, in principio ſuperioris ſeculi Angliæ Regis ad Cæſarem Maximilianum legatus, Cæſarem *Conſtantiam* ſecutus, ibique Acta Concilii Conſtantienſis ſcrutatus, in hanc etiam controverſiam inciderat. Quare deſcriptam luci poſtmodum dedit, hac fidei & ſuæ in edendo integritatis atque induſtriæ præmiſſo *præfantis* teſtimonio.

Robertus Wyngfeld, Eques, ad Lectorem.

" AGenti mihi nuper Sereniſſimi ac Potentiſſimi *Regis Angliæ* & *Franciæ* Domi-
" ni mei *oratorem apud magnanimum Cæſarem Maximilianum* ſemper Auguſtum, forte ita evenit, ut cum *ipſum in urbem Conſtantiam euntem* legationis
" meæ causâ fuerim *proſecutus, in eâ urbe* cum per aliquot dies immoraremur, &
" poſt exacta, quæ nobis incumbebant munia, ſi quando feriabar, aut urbem ipſam perluſtrabam: Et *eſt* quidem *ſitu, mœnibus, ædificiis, opibus, ſpectatu digniſſima:* Aut
" ornatiſſimos cives, quibuscum verſabar, de nobilitate civitatis, de legibus, de inſtitutis differentes non gravatè audiebam. Cum aliqui *ampliſſimum quoddam pa-*
" *latium* oſtentarent mihi, in quo *celeberrimum Chriſtianæ Eccleſiæ conventum* olim habitum prædicabant: Inceſſit cupido, me non tam ipſius *Concilii locum* quàm ejus-
" dem *Concilii acta ac decreta* velle proſpicere. Cum *à magiſtratibus illius urbis* ejus
" rei copiam facilè impetrâſſem, inter pleraque certè inventa, quæ me mirum in modum delectârunt, *diſceptationem quandam*, quæ *inter Gallicos & Anglicos Oratores*
" magnis utrinque ſtudiis ac contentionibus tunc exarſit, ſic libens legi, ut eam maxi-

maxime dignam cenſuerim, cujus exemplum *per fides notarios* ad verbum mihi deſcribendum impetrarem. Et eſt omnino ejusmodi, ut non magis *callide & acute* alteri opponere atque objicere, quam alteri *ſcite* ac *ſapienter* reſpondere & objecta diluere videantur. Ex quo fit, ut veluti armis & fide (abſit verbo invidia) natio Anglicana ſemper præſtitit Gallicæ, ita non dignitate, antiquitateve gentis, non magnitudine aut amplitudine terrarum, non poſtremo ingeniis aut doctiſſimis viris poſſit inferior judicari. Quæ cum ita eſſent, *patriæ ſtudium* & charitas me impulit, eam ipſam *controverſiam* ac *diſceptationem* propriâ impensâ imprimendam curare: tum ut rerum veritas (cujus indagatione nihil homini magis eſt proprium) evolet latius, & eluceſcat apertius; tum ut ipſa patria (cui nihil optimus quisque non debet) jura ſua, laudem & gloriam legendi per me copiam magis ac magis in promtu habeat. Unde tam priſtina dignitate ac amplitudine ſuâ jure lætetur, quam ad hoc ipſum decus, quod à majoribus ſuis accepit, obnixe tutandum, ac latius propagandum, acrioribus indies ſtudiis accendatur. Tu verò, lector candidiſſime, cui legendi hæc per nos facultas eſt promtior, quicquid munusculi noſtri hoc ipſum eſt, quæſo te facito boni. Vale.

Addita quoque teſſera *Richardi Lepidi Bartholini*, qui epiſtola ad Wyngfeldum ſuam de illa ſententiam expoſuit, quam, ſi cui volupe fuerit legere, hic pariter exhibemus. Ita vero inter alia ſcribit:

Miſiſti ad me *nobiliſſimam* illam *ſuper dignitate & magnitudine Regnorum Britannici & Gallici diſceptationem, in Concilio Conſtantienſi habitam*, ut eam perlegerem, ac judicium, quantulum in me eſſet, proferrem. Quamobrem ut tibi morem pro virili gererem, quantum per animi moleſtiam, in quâ verſor, licuit, utramque *de nobilitate Regni Britannici & Gallici diſputationem* legi, addidique (ut ajunt) corollarium. Decrevi enim, ut ſimul cum judicio Epiſtolam quoque haberes, quâ quid de Regni *Britannici dignitate* ſentirem, facile intelligeres.

Primum enim, ſi illuſtrem *vetuſtatis originem*, quod inprimis ad regnorum excellentiam requiritur, ſi Regnum, tum domi tum foris rerum geſtarum gloriam repetimus, tantum abeſſe puto, ut Galli Britannis vel antiquitate, vel imperio, vel Regum excellentia conferri poſſint, ut etiam illis ipſis non injuria *Britanni præferri debeant. Britum* enim ex Sylvio Æneæ nepote exulem in Græciam profectum legimus. Ubi cum Pandraſo Græcorum Rege adjuvante Heleno cum diu bellum geſſiſſet, inita demum per matrimonium amicitiâ, Deorum monitu ac reſponſo *ad Inſulam Albion* diu velut alter Ulyſſes errans, *adpulit*, ut *Gildas* & *Galfridus* auctores ſunt. Unde multo ante, quam Romanum Imperium oriretur, *Britannorum Reges à Trojanis initium traxere*, quorum res illuſtres & pace & bello recenſere arduum eſſet.

His initiis, & *Brennius* & *Belinus*, duo bellorum fulmina, orti ſunt, qui *cum valido exercitu Galliam & Italiam ingreſſi*, urbem Romam vi armisque cepère. Reverſi magnam partem Germaniæ & fere totam Galliam ſub jugum miſerunt. Quamobrem Romanæ hiſtoriæ *Gallos* magis quam *Britannos* dixerunt, tum etiam, quia inſula Britanniæ parùm tunc cognita Romanis fuit, omnes transalpinos Gallos nominaverunt. Taceo ſub eorundem Imperatorum auſpiciis partem quoque Aſiæ occupatam fuiſſe, quæ a gentis nomine etiam nunc *Gallo Græcia* dicta eſt. Cum etiam Potentiſſimi Arviragi Regis ſeſe imago offerat; cujus etiam *Juvenalis* meminit *Satyrâ quartâ*, ubi de *Rhombo* loquens ait:

Regem aliquem capies aut de temone Britanno.

Decidit Arviragus, qui quidem tantum abfuit, ut Romana arma formidaret, ut cum Claudio & Veſpaſiano Imperatoribus potentiſſimis pugnare non dubitarit.

Nec me præterit, *Ioſephum ab Arimathæa*, cum à Judæis nequiter in carcerem ductus fuiſſet, à Deo Optimo Maximo miraculoſe liberatum, taliter, ut

„ nusquam postea in Judæâ visus fuerit. Nam ut Annalium scriptores prodiderunt, *in Britanniam transmigravit*, ibique & cultum Christi docuit, & multa sui „ monumenta *in valle Avilonis*, quæ adhuc visuntur, reliquit. Et non multo post *Rex Lucius* in regno successit, qui *anno* Dominicæ salutis *Centesimo quinquagesimo* „ *sexto* non solum Christi cultum per eum admissum, sed & ad cultum etiam *triginta Episcopos in Britannia* constitutos legimus. Adeoque in fide permanserunt, ut „ quamplurimi, Romanorum Imperatorum sævitiâ, Martyrii palmam adepti „ fuerint.

Quid illud Fulgentii, qui *Severum*, (cujus armis tota pene insula subacta „ fuerat, debellavit?

Sed quod mirum dictu videtur, inde *Constantinus*, qui postea Romani Imperii, „ imo totius orbis habenas rexit, & ad Romani sceptri fastigium accersitus est: „ Inde & *Maximianus* ille, qui Britannorum viribus non solum Galliam sibi vendicavit, sed etiam totam pene Germaniam. Ac *Gratianum* & *Valentinianum Im-* „ *peratores* prælio vicit.

Quamobrem si *Britannorum Regum* res præclarissime tum in toga tum in bel- „ lo gestæ recitarentur, sine controversiâ Britannicum Regnum cæteris Europæ „ regnis nedum Gallico præstare judicaretur.

Desinerem ab antiquorum salo, nisi me florentissima ac æterni *Arthuri Re-* „ *gis* memoria revocaret, cujus, præterquam Norwegiam, Daciam ac Galliam totam subjugasse proprium fuit. Illud tamen mihi longe præclarius videtur, vali- „ dissimum Romanorum exercitum, in quo non plures Duces populum Roma- „ num habuisse, quam Reges proditum est, & prudentiâ & militum fortitudine devicisse. Atque ut breviter *Arturi* potentiam intelligas, ejus copias ex Britannia, „ Hyberniâ, Islandiâ, Selandiâ, Batavorum insulis Orchadibus, Norwegiâ, Daciâ, „ Galliâ, *centum octingenta ac trium millium & ducentorum hominum* fuisse tradiderunt, pugnatumque diu est. Victis tandem Romanis, Lucii corpus pro tributo, quod „ Senatus poposcerat, ab Arturo redditum. Quanto autem corporis robore ac fortitudine fuerit, satis est dixisse, bis gigantes singulari certamine prostravisse.

„ Quid de *Roberto*, Henrici Primi fratre, ac *Richardo I.* dicendum est, quorum alter cum Gotfredo de Bullion Hierosolymam, ubi Dominicum sepul- „ chrum est, recuperavit; alter facinora præclarissima in Ægypto ac Syria „ contra Saladinum gessit, præter Cypri regnum sibi armis vendicatum. Tunc vero potissimum incredibile corporis robur ac animi magnitudinem præ se tu- „ lit, cum leonem, cui in turre Brisace objectus fuerat, inserta in os manu evulsoque corde, intrepide necaverit, tantum ob facinoris egregii memoriam *cor leo-* „ *nis* cognomento adpellatus est.

„ *Edvardi* autem *Primi* virtus tum apud Hierosolymam, tum apud Scotiam Walliamque, à quo devicta fuerunt, claruit.

„ Sed cum *Edvardi Tertii ac Henrici quinti* virtutes & res bellicas revolvimus, nescio, uter validius Gallicam superbiam domuerit. Ille enim cum triginta fe- „ re annos bello Gallos infestasset, & inita multa pugna non solum hostiles copi- „ as sæpe stravit, sed etiam Johannem Gallorum Regem cepit, captumque annos tres in Angliâ tenuit. His verò cum exercitu Galliam ingressus, totum sibi „ vi armisque, præter civitates Aurelianum, Bourgium & Lugdunum, regnum vendicavit. Filium ejusdem nominis, qui postea inter cœlestium Deorum no- „ menclaturam relatus est, apud Parisios decimo anno ætatis suæ coronatum „ constat.

Quamobrem si originem, si Regum excellentiam, si gesta bella, victorias- „ que ac auctum imperium animo complectimur, hallucinantis esset, Gallos Britannis, quorum sub imperio toties domiti fuerunt, conferre, etsi prioribus se- „ culis, omnibus ut dicebam regnis, nedum Gallicis, præstiterunt, nunc autem sub „ Serenissimo ac Invictissimo *Rege Heinrico VIII.* ad summum, ut ajunt, fastigium

per,

perveniſſe Britannorum gloriam cernimus. Qui quidem ævo noſtro, *MDXIII* Dominicæ ſalutis anno, quæ cum ſacratiſſimo Imperatore *Maximiliano Cæſare* ſemper Auguſto in Gallia geſſerit, notiora ſunt, quam ut à me referri neceſſe ſit. Devaſtatâ enim opulentiore Galliæ parte, civitates munitiſſimas Tornanum ac Turvanum in Morinis ad deditionem coëgit. Et niſi Dii atque homines tanto obſtitiſſent incepto, jamdudum Gallia ſub jugum Britannicum (quod totiens excuſſit) miſſa fuiſſet. Si autem *Principis in rebus agendis prudentiam*, in Imperio adminiſtrando gravitatem, incredibilem vitæ moleſtiam animadvertimus, perpetuum Britannico Imperio ac poſteris ſtabilimentum illuſtremque memoriam relicturum non ambigimus. Præterea divinam vultus corporisque præſentiam, quâ ut virtute atque animi excellentia cæteris præſtat mortalibus: Ita paucos reperias, qui ſibi *vultus majeſtate* comparari poſſint. Sed de his ſatis.

Quantum autem ad *diſputationem in Concilio Conſtantienſi habitam* attinet, nihil me hercle accommodatius, nihil exactius unquam diſputatum legi. Profecto Doctiſſimi viri patrocinio Britannicum genus, imo Reges ipſi plurimum debent: Sed tibi non minus, qui deliteſcentem tanti regni defenſionem, ac ſitu pene vetuſtateque abolitam, rurſus in lucem reſtituis. Quapropter ſi qua reddendæ gratiæ apud bonos extabit recordatio, non dubito quin perpetuo tui memoria, tum propter hoc, tum etiam ob ſingulares tuas virtutes, fideliſſimumque erga Sereniſſimum Regem jam tot annos apud magnanimum Maximilianum Cæſarem ſemper Auguſtum exantlatum obſequii laborem, celebrior illuſtriorq; ad poſteritatem transfundatur. Vale, Excellentiſſime Eques, & me, ut facis, ama.

Ceterum, quam primi illi editores A.1517. multis maculis mendiſque ſcatentem ediderant diſceptationem, *Londini* noviſſime A. 1690. haud emendatam reſuſcitarunt. Quo de verba facere licuit ſupra, *Tomo I.* in *Præfatione Partis XXV.*

Quam autem *ex antiquo MSCto* reſuſcitare, ac genuinâ integrâque facie, ut lucem ferre queat, reſtituere promiſeramus, jure meritoque nunc præſtamus.

Gallicæ Nationis ſolennis Proteſtatio contra Anglos, ſibi proprium jus ſuffragii & peculiaris Nationis in Concilio vindicantes.

Edita in ſolenni ſeſſione A. 1417. die 3. Martii. *A.1417. d.3. Mart.*

Poſtquam Hiſpani ad Concilium jam venerant ac propriam Nationem conſtituerant, ut Angli quintam jam nationem formarent.

Ex antiquiſſimo Codice MSCto *Academiæ Lipſienſis.*

In MSC. Lipſ. AD invincibilem veritatem & juſtitiam atq; honorem Chriſtianiſſimæ Regiæ Majeſtatis Franciæ oſtendendum, damnumque & intereſſe Eccleſiæ Romanæ, imo univerſalis ac Chriſtianitatis totius, demonſtrandum, *Oratores & Ambaſiatores Chriſtianiſſimi Regis Francorum* dicunt & proponunt *in hoc ſacro Conſtantienſi Concilio*, & totius Eccleſiæ facie, quæ ſeqvuntur.

Inprimis, quod, cum *Chriſtianiſſimus Francorum Rex* præ cunctis Regibus Chriſtianis ſpecialiter laboraverit pro unione Eccleſiæ antedictæ, *Ambaſiatores* nihil unquam dixerunt, ſcripſerunt, aut proſecuti ſunt, *animo impediendi* ſacram *unionem Eccleſiæ*, aut *turbandi præſens Concilium*, ſeu ipſum impediendi à rebus in eo gerendis, circa ea, pro quibus eſt principaliter congregatum, ſicut falsò eis impoſitum eſt ab æmulis, nec animo injuriandi cuicunque, & ſpecialiter Sereniſſimo Regi Angliæ, aut regno ejus, vel Ambaſiatoribus ſuis: Sed ſolùm pro tuitione juris Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ, & honoris cæterorum Regum Chriſtianitatis, ac præcipuè dicti Domini Regis Francorum, & regni

regni ſui intereſſe diverſis reſpectibus.

Item, quod nunquam fuit intentio eorum, dicere, quod dictus Rex Angliæ & regnum ſuum non *faciant repræſentari unam nationem, ſicut quodlibet regnum facere poſſit*, aut quod non habeant vocem magnæ notabilitatis & auctoritatis: Cum hoc etiam concedant de quolibet alio Rege, imò etiam de quibusdam particularibus nationibus, non habentibus Regem appropriatum. Sed fuit eorum intentio, quod de jure non habent, nec habere debent vel poſſunt *talem nationem, quæ habeat vocem ſeu auctoritatem repræſentativam quartæ aut quintæ partis Chriſtianitatis*, ſeu totius obedientiæ Romani Pontificis, & *quæ debeat* aut poſſit de jure *æquiparari* voci ſeu *auctoritati totius Italiæ*, vel totius *Galliæ*, vel totius *Hiſpaniæ*, vel totius *Germaniæ*. Quæ *quatuor principales nationes* multa regna & *nationes particulares* continent. Quæ *particularia regna* dicto regno Angliæ meritò poſſunt æquiparari.

Gallorum propoſitio in Conſt. Concilio: Anglicā nationem nō habere par j' ſuffragii in Concilio cum nationibus aliis quatuor.

Et quod iſta fuit eorum intentio, manifeſtè patet ex *ſupplicatione* ſuper hâc materiâ *primâ, exhibitâ in natione Gallicanâ*, cujus tenor ſequitur:

Nationibus oblata Demonſtratio Gallorū, Chriſtianū populum in Cōcilio non niſi in quatuor nationes debere diſtribui, Gallicā, Germanicam,

Supplicatur tribus inclytis nationibus Italiæ, Galliæ, & Germaniæ, quatenus pro *debito* hujus ſacri *Concilii ordine* diſponendo dignentur attentè providere atque prævidere ſuper his quæ ſeqvuntur.

Benedictus XII. in *Extravaganti, Vas electionis*, ubi ordinat ſuper procuratoribus (procurationibus) Prælatorum & taxationibus eorundem, & etiam de ſubſidio, *diſtingvit obedientiam Papalem in quatuor generales partes* ſive *nationes*.

Prima pars in Franciæ, Navarræ, ac Majoricarum regnis, ac terris, partibus at provinciis adjacentibus, & in vicinis ejuſdem, nec non in Delphinatus & Burgundiæ, Sabaudiæ, Provinciæ, & Foulcaquerii Comitatibus.

Secunda pars in Almaniæ, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Norwegiæ, Daciæ, Sveciæ, & Scotiæ regnis ac terris, provinciis & partibus eisdem adjacentibus.

Hiſpanicam,

Tertia pars in Caſtellæ, Legionis, Aragoniæ, & Portugalliæ, ac partibus adjacentibus & vicinis ejuſdem, excepto Sardiniæ & Corſicæ regnis.

Italicam,

Quarta pars in Apuliæ, Calabriæ, Terrælaboris, Siciliæ, Tuſciæ, Sardiniæ, Corſicæ, & terris aliis, Italiæ partibus, nec non Sclavoniæ, Achajæ, Cypri, & terris, regnis, inſulis, aliis provinciis ac partibus omnibus, ultramarinis & transmarinis.

Ex quo jure patet, quod ſi *hoc generale Concilium Conſtantienſe rationaliter debeat dividi per nationes*, convenientiùs dividitur per *quatuor* quàm per plures. Quia talis diſtinctio ſeu diviſio eſt juri ac rationi conformis.

Anglicanam nationem eſſe reducēdam ad Germanicam.

Secundò ſequitur ex eodem, quod *adveniente natione Hiſpanicâ ad hoc generale Concilium*, natio Anglicana debeat reduci ad nationem Almaniæ, cujus ipſa eſt pars, & ei immediatè conjungitur. Ut patet ex jure prædicto.

Anglos ad tempus ſaltem nationem peculiarē præſentaſſe in Concilio.

Unde, quod hæc natio Angliæ hucusque diviſa fuit à natione Alemaniæ, *permiſſum* fuit, ut ſic eſſent in hoc Concilio *quatuor nationes*. Et hoc *ex certâ & ſpeciali causâ*, quæ maximè ceſſabit adveniente natione Hiſpanicâ. Sicut poteſt faciliter declarari ex his, quæ aliâs ſcripta ſunt, quando *in principio hujus Concilii actum fuit de diſtinctione nationum*.

Tertiò ſequitur, quod, ſi adveniente natione Hiſpanicâ *natio Anglicana remaneat quinta*, eâdem & potiori ratione *aliæ tres* nationes prædictæ debebunt proportionaliter *diſtingvi in plures nationes*, dictæ Anglicanæ nationi æquales. Verbi gratiâ, regnum Franciæ, quod eſt majus & notabilius, debebit facere plures nationes. Et reliqua portio nationis Gallicanæ, quæ non ſubeſt regno Franciæ, debebit facere aliam nationem. Nam hæ duæ nationes portionis Gallicanæ multò majores & notabiliores provinciæ ſunt, quàm dicta natio Anglicana, & maxime regnum Franciæ quam Angliæ. Cum in Franciâ multò plures & notabiliores provinciæ ſunt, multò plures Eccleſiæ Epiſcopales, multò plures & notabiliores univerſitates ſtudiorum. Quæ omnia attendenda ſunt in diſtinctione Nationum, ut in eis ſit æqualitas & propor-tio-

Norma diſtinguēdarū Nationum in Concilio, ex mente Gallorum

tionalitas conveniens, & ut decenter fundetur auctoritas Concilii generalis, deturque in futurum Conciliis forma & exemplum imitationis, ex his, quæ in præsenti fiunt Concilio.

Et quod hic exempli gratiâ dictum est de natione Gallicanâ, multò magis dicendum est de aliis nationibus, ut infra patebit.

Quartò, adveniente natione Hispanicâ, juxta unum ex Capitulis tractatis in Narbona, statim fiet unio eorum ad nos, pro faciendo unum universale Concilium. Et per consequens, hoc facto, sicut illud erit *quasi novum Concilium*, & noviter ex eis & nobis integratum, sic ad illius nationis honorem debebit fieri *novus ordo*, seu ordinari *novus procedendi modus*, imò verius revocari mos antiqvus in distinctione nationum observatus, &, ut præmittitur, juri & rationi conformis.

Advenientibus ad Concilium Hispanis novum suffragiorũ Nationalium ordinem esse inducendum.

Pro declaratione verò & confirmatione præmissorum facit, quod idem Dominus *Benedictus XII*, qui *Burdegalensis fuit nationis*, & per consequens *favens Regi & regno Angliæ, cum de terrâ ei subditâ oriundus esset*, volens tamen distingvere terras ac provincias subditas obedientiæ Romani Pontificis pro Capitulis Monachorum Nigrorum Provincialibus celebrandis, *in primâ rubricâ sui operis, in fine ejusdem*, distinxit præfatas terras & regna in *in triginta sex provincias*, ita dicens: *Ut igitur de provinciis, in quibus hujusmodi Capitula fuerint celebranda, distincta limitatio habeatur, Nec de ipsis in posterum hæsitetur, quamlibet provinciam, prout sequitur, deputamus.*

Et consequenter *in regno Franciæ* & terris adjacentibus ponit *sex provincias*, videlicet *primò* Remensem & Senonensem pro unâ, *Secundò* Rhotomagensem & Thuronensem pro alia, *Tertiò* Bituricensem & Burdegalensem, cum Episcopatu Aniciensi pro alia, *Quartò* Narbonensem, Tholosensem, Occitanam pro alia, *deinde* verò ponit Lugdunensem, Bisuntinam, & Tharatasiensem pro alia, & *consequenter* Viennensem, Arelatensem, Aquensem, & Ebredunensem pro alia.

In regno verò *Angliæ* ponit Cantuariensem & Eboracensem pro una provincia.

Ex quibus patet, quòd nec juri nec rationi consonum est, *æquare seu æquiparare regnum Angliæ regno Franciæ in generali Concilio*, vel *nationem Gallicanam* generaliter sumtam *nationi Anglicanæ*. Et multò minus nationem Italicam, Germanicam, vel Hispanicam.

Quare omnino absurdum esset, dictam *Anglicanam nationem* fieri *quintam partem* seu *nationem* hujus *Concilii* sacri. Cum ipsa secundùm juris dispositionem sit trigesima sexta pars sive provincia totius obedientiæ Romani Pontificis.

Anglos nõ debere quintam o facere nationem in Concilio.

Præmissis itaque consideratis, *supplicatur* & requiritur, quod in hâc materia provideatur altero trium modorum.

Primo, quod adveniente dicta natione Hispanica, *cesset natio Anglicana*, & *fiat pars nationis Almaniæ*, ut præmittitur.

Anglicam nationem in Cõcilio Germanicæ esse includendã.

Secundò, si hoc non placet, quod omnino velit dicta natio Anglicana à dicta natione Alamaniæ remanere divisa: Consequens videtur, quod dictæ tres aliæ nationes distingvantur, singulæ in plures nationes particulares, dictæ nationi Anglicanæ proportionales. Alioquin non esset justa æqualitas, nec æqua partitio nationum in hoc sacro Concilio. Et videretur fieri injuria & gravamen Christianissimo Regi Franciæ & regno suo, ac toti nationi Gallicanæ, & multò magis nationi Italicæ, & Germanicæ, & insuper nationi Hispanicæ. Cum quælibet alia plura regna, & plures provincias contineat non minùs notabiles, quàm regnum Angliæ, ut patet ex præallegatis.

Aut reliquas nationes subdividendas esse in plures alias.

Tertiò, si dictæ nationes non vellent condescendere ad talem subdistinctionem nationum, sicut nec adparet expediens: Videretur esse providendum, quod rediretur ad jus commune, & ad antiqvum modum procedendi, & concludendi in Conciliis generalibus, in quibus non legitur facta fuisse talis distinctio nationum.

Aut in Concilio suffragia per nationes non esse quærenda.

Super præmissis igitur *supplicatur*, & requiri-

requiritur hujus facri *Concilii declaratio* & determinatio.

Item dicunt, & proponunt dicti *Ambafiatores* præfati *Regis Franciæ* Chriftianiffimi, quod cum in dicta fupplicatione peterent declarationem Concilii fuper unâ definitiva (disjunctiva) feu *alternativa trium membrorum:* Non excludendo fimpliciter, quod Domini Anglici non deberent habere nationem, fed moderando, ut prædictum eft: Tamen ipfi hanc materiam impatienter audiverunt, & ita fibi reputaverunt injuriofam, ut inde ex parte quorundam ipforum fecuta fuerint fcandala, loco & tempore pleniùs explicanda.

Anglos ægre hanc propofitionem tuliffe.

Item dicti *Ambafiatores Regis Franciæ* occafione præmifforum, & pro tuitione juris Ecclefiæ, ac Domini Regis Franciæ, propofuerunt facere certas *proteftationes*, à quibus multum ac fæpe fuerunt impediti feu retardati. Et fpecialiter *in quadam publicâ feffione.* Prout patet per *inftrumentum publicum*, dictas proteftationes continens. Cujus *proteftationis effectus* fequitur, in hunc modum.

Nova Gallorum proteftatio.

Quia adveniente inclytâ natione Hifpanicâ ad hoc facrum Concilium, & cum eo unitâ, dictum Concilium habet quatuor partes, in quas fecundùm obfervantias Sanctorum Patrum tota Ecclefia dividitur, videlicet in *nationem Italicam, Gallicanam, Hifpanicam, ac Germanicam*, ut patet in *Extravaganti Benedicti XII.*, quæ incipit, *Vas electionis.* Et quia tali unione factâ, Domini *Ambafiatores Sereniffimi Regis Angliæ nolunt reduci ad Germanicam nationem*, cujus membrum & portio fuit, fecundùm antiquam obfervantiam Sanctorum Patrum, quia propter abfentiam nationis Hifpanicæ in Concilio, fub obedientia Domini Johannis, olim Papæ vicefimi tertii, congregato, fuit ex certa caufa diffimulatâ (eis diffimulanter) permiffum quartam partem Concilii facere: Sed iterum, *ubi nunc advenit natio Hifpanica*, & ceffante evidenter & notoriè caufa, *tamen voluerunt nationem facere, & quintam partem Chriftianitatis repræfentare*, nedum in ifto, fed etiam *in quibuscunque aliis Conciliis futuris*, & ex hoc novum jus acquirere. Quod perpenditur ex hoc, quod *cum natione Hifpanicâ de pari contendunt*, imò eam præcedere voluerunt, vel nationem Germanicam. Quod quidem nulli juri confonum videtur. Videlicet, quod unum regnum, ficut eft Angliæ, in Concilio Chriftianitatis æquiparetur uni nationi, majorem partem cleri & populi incomparabiliter continenti: Et infuper in magnum præjudicium & gravamen totius Ecclefiæ militantis cæterorumque Regum, & Principum Chriftianitatis, quorum aliqui habent regna & dominia excedentia regnum Angliæ in multitudine Ecclefiarum ArchiEpifcopalium, & Epifcopalium, Cleri, & Univerfitatum: Et præcipuè in magnum præjudicium Chriftianiffimi Regis Francorum Domini noftri: Et amplius effe poffet in futurum, diverfimodè ac diverfis refpectibus, prout aliqua etiam feqvuntur: Maximè cum regnum ejus & dominium contineat *undecim provincias*, centum & unius Ecclefiarum Cathedralium, & ultra: Et regnum Angliæ folùm *duas* continet *provincias*:

Anglos peculiarem nationem in Cõcilio conftanter ambiviffe.

Par jus fuffragii cum Hifpanis & aliis fibi vindicaffe.

Et ad hæc fecretius (ftrictiùs al. fecurius) effet loquendum fecundùm divifionem dicti Benedicti XII. qui diftinxit certam obedientiam Romani Pontificis in 36. provincias:

Quare abfurdum videretur, quod in Concilio generali una iftarum provinciarum, inter quas Anglia folùm pro una computatur, faceret quintam partem Ecclefiæ, refpectu 35. aliarum provinciarum.

Quapropter nos antedicti *Ambafiatores Chriftianiffimi Regis Francorum*, hæc inconvenientia & præjudicia, & quædam alia fuis locis exprimenda, confiderantes, infuper, quod *hæc auctoritas nulli Regum Chriftianitatis conceditur*, videlicet, *quod fuum regnum habeat quintam vocem Chriftianitatis in generali Concilio:* Nec etiam Regi Romanorum, imò neque facro Cardinalium Collegio Romanam Ecclefiam repræfentanti volunt permittere, quod faciant fextam vocem: Neque de hac poteftate Dominis Anglicis [danda feu] concedenda quicquam per facrum Concilium generale decretum eft: Neque expediens videretur

retur decerni, imò periculosum esset, nisi consentientibus cæteris Regibus Christianitatis, quorum interest maximè: Quibusdam eorum contradicentibus maximè: Etiam daretur occasio, quod idipsum cæteri Reges, æquales, vel majores, facere vellent, aut possent. Cùm non subsit ratio, quare minùs illis, quàm Regi Angliæ debeatur. Quod si fieret, ita non parvum unioni Ecclesiæ pararetet impedimentum, clarè & evidenter:

Anglos ad hoc nō admittendos ut quintam in Concilio Nationē constituant.

Idcirco nos [humiles] *Ambasiatores* prædicti *protestamur* dicti Domini nostri Regis nomine, pro ipso ac etiam regno suo, & eis adhærere volentibus, *quod ipsi Domini Anglici, ad dandam vocem in gerendis per hoc sacrum Concilium, tanquam natio quinta, seu faciens quartam aut quintam partem generalis Concilii, ab aliis distincta, minimè admittantur.*

Protestamur etiam in his scriptis, sæpè, sæpiùs, instanter & instantissimè, quod cum illis gesta, disposita, aut ordinata, tanquam cum quinta parte hujus Concilii, quatenus concernent, vel concernere possent statum regni nostri, aut Ecclesiæ ejus quovis modo, nulla sint, & irrita. Nisi quatenus, & in quibus Dominus noster Rex certificatus, & prius informatus de præsenti nostra protestatione, voluerit, sibique videbitur expedire.

Factum Anglorū non debere facere præjudicium in aliis Conciliis.

Protestamur denique, quod si contra præmissa dictam *quintam vocem de facto occuparent*, sine speciali deliberatione & concessione hujus Concilii, & decreto, quod *nec de præsenti, ac in futurum jus aliquod, vel possessio juris* acquiratur, aut quovismodo (acquisita al. acquisitum) *in futuris Conciliis.* Aliàs ex nunc, prout ex tunc, ex præmissis & resultantibus ex eis, & quolibet eorum, quod ad hoc sufficiat, quo supra nomine, & cujuslibet adhærentis seu adhærere volentis, in his scriptis *ad sacrum generale Concilium, & Romanum Pontificem*, præsidentem canonicè in eo, *adpellamus.* Et Apostolos, si quis est, qui illos dare teneatur, debeat, & dare velit, petimus sæpe, sæpius, & instanter, cum suis clausulis, ac capitulis opportunis; Cum protestatione, quod hanc suam adpellationem, provocationem, seu protestationem, & contenta in eis, conjunctim & divisim, ipsi Ambasiatores seu Procuratores, quo supra nomine, adhærentiumque, & adhærere volentium, in hoc sacro Concilio, quatenus derogare, ac (& de cetero) conjunctim & divisim prosequi possint & valeant, per viam simplicis querelæ, adpellationem (appellationis) seu provocationem, (provocationis) ad causam attentatorum, possessorum, injuriarum, & omni alio meliori modo, jure & formâ, quibus licebit, & poterunt, & tempore opportuno, & quoad audientiam secundùm materiam adjacentem habere valebunt, seu quilibet ipsorum habere poterit, & valebit. Et cum *protestatione addendi*, & diminuendi, & alias, prout de jure.

Et insuper *protestamur*, quod *per præmissa non intendimus actis in hoc sacro Concilio aliquatenus derogare.* Et de omnibus præmissis per nos Ambasiatores prædictos, hic expressos (expresse) petimus à vobis notariis publicis, ac quolibet vestrum, unum, vel plura instrumenta, ad perpetuam rei memoriam.

Item omnia & singula protestamur & volumus habere pro repetitis, sine nova protestatione, in omnibus & singulis actibus, in quibus dicti Domini Anglici, aut eis adhærentes seu favorem dantes, vellent facere quintam partem, seu vocem hujus sacri Concilii.

Anglos & hoc male habuisse.

Item dicunt & proponunt, quod, occasione dictarum *protestationum, ab æmulis, ac inimicis*, curiose hoc procurantibus (provocantibus) in præsenti Concilio, fuerint multipliciter *lacerati* & notati, quasi essent impeditores unionis Ecclesiæ, aut turbatores hujus sacri Concilii, in grave præjudicium ac dedecus Christianissimi Regis Francorum, cujus in hoc sacro Concilio præsentiam repræsentant. Ideo *post regressum Domini Imperatoris*, suæ Regiæ Majestati exhibuerunt, se esse paratos ad purgandum hanc maculam, atque infamiam, sibi falsè impositam. Et ad hunc effectum sibi exhibuerunt *schedulam*, cujus tenor sequitur.

Reditu Cæsaris Sigismundi ad Concilium, nova Gallorum propositio Cæsari data.

Ad finem, quod *sacrum Concilium*, cum Domi-

Domino Imperatore melius intendere valeat, ad illa *tria, propter quae principaliter est congregatum*, videlicet *ad extirpationem errorum, ad finem unionis*, & *restaurationis Ecclesiae*, expedire videntur, quae sequuntur.

Tria Concilii Const. negotia.

Pergendi in illis.

Primo, quod contentiones, & *discordia*, in dicto Concilio exortae, amicabiliter sopiantur, ne praestent impedimentum ad praemissa.

Discordias per Caesarem in Concilio esse sopiendas.

Item, quod hujusmodi contentiones, quantum ad *personales injurias*, quae in Ecclesiasticorum animis minime *debent permanere*, peni us omittantur. Et fiat unanimis omnium pax & concordia, *ad instantiam Domini Imperatoris, exemplo* sui praedecessoris *Constantini.*

Controversiam illam de jure nationis & suffragii esse differendam ad futuri Papae decisionem.

Item, quod contentiones, seu querelae super honoribus, dignitatibus, privilegiis, vel auctoritatibus Regum vel Principum, ac nationum, seu numero & ordine earundem (eorundem,) quas pro nunc *per viam discussionis* terminare longum esset, & praestare posset occasionem scandalorum, quas etiam Ambassiatores dictorum Principum omnino dissimulare cum suâ fidelitate nequeunt: Videretur statuendum esse, quod hujusmodi *Ambasiatores jura sua* & allegationes *tradant in scriptis, & exhibeant in una sessione*, & *remaneant in manu Concilii sub sigillo, reserventurq; summo futuro Pontifici discutienda.* Ita tamen quod per acta seu gesta, agenda seu gerenda, in hoc sacro Concilio, nullum jus seu possessio in praejudicium talium causarum alteri parti acquiratur: Non derogando alias dictis & decretis in hoc sacro Concilio, imo potius confirmando.

Reformationis Ecclesiae negotium esse urgendum.

Item, quod sedatis hujusmodi discordiis intendatur diligenter ad ea, quae jam advisata (audita) sunt per Dominos *Deputatos super reformatione Ecclesiae*, & omittantur particularia, usque quo *de generali reformatione* fuerit tractatum; Ne ex particularibus causis novae discordiae & contentiones oriantur.

Ratio hujus ultimi articuli est: Quia non minus videtur, dictas causas particulares pro quiete & pace hujus Concilii relinquere discussioni futuri Summi Pontificis quam praemissas contentiones seu querelas.

Item dicunt & proponunt dicti Ambassiatores Regis Franciae, quod, quanto humilius in praemissis exhibuerint se, tanto quorundam adversariorum suorum superbia ascendit semper, prout parati fuerunt in sessione publica declarare. Et ad hoc instanter, saepe & saepius, petierunt audientiam, quam obtinere nequiverunt.

Appellatio Gallorum in Cõcilio ad Pontificẽ contra Anglos.

Ideo ego *Johannes Campani*, dicti Christianissimi *Francorum Regis Procurator*, & procuratorio nomine dico, propono, & *protestor*, cum dictis ambassiatoribus ut supra, provocoque & *adpello*, prout infra continetur.

Occasio divisionis Concilii Const. in Nationes.

Nonnunquam evenit, ut, *quae pro publicâ utilitate facta creduntur*, experientiâ monstrante *tendere reperiantur ad noxia (noxam.) Sic evenit in praesenti sacro Constantiensi Concilio.* In ejus (cujus) initio, *cum ad illius dissolutionem per quosdam diversis mediis (modis) tendebatur*, unde *spes unionis & reformationis Ecclesiae extitisset omnino (penitus) evacuata*, zelatores unionis & reformationis Ecclesiae, Praelati, & aliae personae, in eodem Concilio existentes, ex certis causis, tunc utilibus & existentibus, & nunc cessantibus, *ad obviandum praemissa dissolutioni, se per nationes (congregaverunt,) & separatim de rebus in Concilio (Conciliis) gerendis deliberaverunt per nationes*, ita quod illi *de Italiâ seorsim*, illi *de Angliâ* pro se congregati, *acceperunt sibi nomina nationum.* Nullo tamen decreto Concilii, nullaque ordinatione intervenientibus.

Quae res in tantum paulatim irrepsit, ut Domini de natione Anglicana praetenderent facere *quartam partem* ejusdem Concilii generalis. Et *nunc post adventum Dominorum de natione Hispania* praetendunt *quintam* facere *partem.*

Unde ego *Jo. Campani, magister in artibus, & Licentiatus in Decretis, Procurator*, & procuratorio nomine Christianissimi Principis & Domini, D. *Caroli Francorum Regis*, nec non nomine omnium Regum & Principum, nationum, praelatorum, universitatum, ac omnium, & singulorum, mihi in sequentibus

tibus adhærere volentium, & hoc ratum habere volentium, ad honorem, justitiam, atque utilitatem universalis Ecclesiæ & hujus sacri Concilii, nec non specialiter pro jure, honore, & interesse dicti Christianissimi Francorum Regis & regni sui, dico, propono, & *protestor, coram hoc sacro Concilio*, & totius Ecclesiæ conspectu & præsentiâ, Quod scilicet *tres nationes*, videlicet *Italiæ, Galliæ & Germaniæ*, & quælibet illarum, sunt amplissimæ nationes, & multas quælibet illarum continet regiones & provincias, tam Ecclesiasticas quàm vulgares, & *natio Anglicana* unum solum regnum contineat, in quo non sunt nisi duæ Ecclesiasticæ provinciæ, multoque & sine comparatione minor, quàm aliqua ex cæteris nationibus.

Comparatio Anglicanæ gentis cum aliis omnibus nationibus ratione amplitudinis.

Cum in illâ sint solùm duæ provinciæ, ut est dictum, *Eboracensis*, quæ tres solùm habeat Suffraganeos, ArchiEpiscopo Eboracensi, saltem Regi Angliæ, obedientes, reliqui sunt de regno Scotiæ, non subditi Serenissimo Regi Angliæ, neque sibi obedientes, & qui non sunt necesse vellent de natione Anglicanâ: Et provincia *Cantuariensis*, cujus magna pars est *Wallia*, quæ etiam D. Regi Angliæ non obedit, neque Prælati & clerus illarum partium sunt, neque esse volunt de natione Anglicana, ut adparet in hoc sacro Concilio.

Natio autem *Germanica* habet primo *regnum Almaniæ*, & provincias in Germania constitutas in quadruplo majores quàm (totum) regnum Angliæ, ut notorium est. Habet enim *provincias* 15. *& diœceses ultra numerum* 128. *Ecclesias atque Monasteria in maximo numero.* Habet ultra præmissas provincias, *Lithuaniam*, cujus legati fuerunt hic, item *Russiam*, & alias *provincias* plures *septentrionales*, in quibus creduntur esse 30. Diœceses. Ita quod illa natio, sicut in præsenti Concilio congregatur, habet longè sine comparatione plures in gremio Ecclesiæ quàm regnum Angliæ.

Italia verò & natio Italiæ, adhuc juncto regno Angliæ nationi Germaniæ, sicut est pars illius, in magnificentiâ regnorum, & pluralitate Dominorum magnorum & Provinciarum Ecclesiasticarum, & diœcesium, & Ecclesiasticorum locorum adhuc longè excedit Germanicam nationem, prout certum est. Et breviter, apud nationem Italicam residet caput orbis, urbs Romana, & sine Græcia habet provincias 27 & Diœceses 313. Habet insuper insulas magnas, plures habentes Ecclesias, & loca Ecclesiastica.

De *natione* verò *Gallicanâ*, cujus portio *regnum Franciæ* est potior & principalis, in quo, ultra plures Ducatus, sunt 4 aut 5. Comitatus, *spatiosiores* in terrarum latitudine civitatibus, castris, & villis clausis, & quilibet ipsorum, *regno Angliæ, sive aliis*, habet XI provincias, & 101 diœceses latas & spatiosas. Tota verò Anglia non habet nisi duas provincias, & 25 diœceses, ut est dictum.

Eam extollere ulteriùs non intendo. Quia res ipsa seipsam diversimodè magnificat & extollit. Et extra regnum Franciæ habet provinciam *Provinciæ*, in qua sunt duæ provinciæ Ecclesiasticæ & 17 Ecclesiæ Cathedrales, & totidem Diœceses.

Habet comitatum, modò *Ducatum Sabaudiæ*, in quo sunt provincia una & decem diœceses.

Habet *Delphinatum*, in quo sunt duæ provinciæ Ecclesiasticæ, & quatuor Diœceses. Habet totam *Lotharingiam*, in qua sunt tres magnæ Diœceses.

Et breviter, à majori Oceano, usque ad mare Mediterraneum & Hispanicum, à montibus Pyrenæis, usque ad Alpes, & usque ad regnum (Rhenum) Galliæ limitantur. Quot & quantæ civitates, clerus & populus, in illo situentur spatio, scitur, quod ultra decies regnum Angliæ excedit in spatiositate civitatum, & diœcesium numero, & aliis quibuscunque.

Natio autem *Hispanica*, quæ quatuor, imò quinque habet regna, computando regnum Majoricarum, imo octo, computando Legionem, Valentiam & Alguerbiam. De quibus duo aut majora, aut saltem non minora, toto regno Angliæ. In qua natione sunt provinciæ Ecclesiasticæ sex, & Diœceses quinquaginta sex.

Est insuper *Sclavonia*, habens unam amplissimam provinciam,& 11 Diœces.

Est insuper *Scotia*, quæ habet 9. Diœceses.

Est insuper *Hibernia*, quæ habet 48 Diœceses, quarum duæ tantùm obediunt Regi Angliæ. Sine aliis terris, regnis, ac dominiis, quæ hic non describuntur, obedientes Romanæ Ecclesiæ, habentes Diœceses ultra numerum viginti.

Est insuper *in præsenti Concilio sacrum D. Cardinalium Collegium*, in quo sunt 22 *Cardinales*, qui Romanam Ecclesiam repræsentant, quæ omnium Ecclesiarum mater. Et qui merito debent in Concilio generali vocem & auctoritatem habere. De quibus sunt *quatuor Episcopi*, 12 Presbyteri, *& sex Diaconi*, omnes magni prælati, & pro majori parte una cum dignitate solennes Doctores. Quos aliqui Domini Anglici *nisi sunt ab auctoritate in Concilio repellere*, & seipsos, qui non fuerunt, nec sunt tot, nec dignitate, nec numero, nec merito, constituere quartam partem aut quintam Concilii generalis.

Anglos voluisse arcere Cardinales a suffragiis, in Constant. Concilio.

Quibus omnibus simul collectis, adparet, quod in obedientia Romanæ Ecclesiæ sunt septingenti xxxv. Episcopi, & *Cardinales hodie* 22, qui bene æquivalent 22. Episcopis, de quibus in Anglia sunt nisi 25. Præter provincias, de quibus notitiam non habeo.

Ex quibus adparet manifestè, quod regnum Angliæ, & maximè quantum ad statum Ecclesiasticum, nec alias, facit tricesimam partem Christianitatis, & Ecclesiæ universalis, sub obedientia Romanæ Ecclesiæ existens, neque facit quartam partem regni Franciæ.

Et licet præmissa notoria sint & vera: Cum tamen in isto sacro Concilio, quod per distinctas nationes est expressum, ut præfertur, Prælati & alii viri Ecclesiastici de regno Angliæ prædicto, & qui pauci numero erant, & in personis, in Concilio generali vocem habentes, numerum 12 non excedebant, nec forte de præsenti numerum 24 excedunt, se, pro se & seorsim, ab aliis quibuscunque separaverunt, & constituerunt sibi nationem unam, & vocaverunt se, & vocari fecerunt, & faciunt *nationem Angliæ.*

Et licet usque ad adventum Dominorum de natione Hispanica totum Concilium, præter Anglicos, esset in tres partes, & tres nationes, *Italicam, Gallicam, & Germanicam* distinctum, quæ tantæ & tam amplæ sunt, ut præfertur: Dicti tamen Domini *de regno Angliæ, de facto se constituerunt quartam* nationem, & nisi sunt, & nituntur, gerere vocem & auctoritatem quartæ.

Et post adventum nationis Hispanicæ quintam partem hujus sacri Concilii, & per consequens universalis Ecclesiæ, quæ in hoc sacro Concilio repræsentatur: Et non solùm facere nationem, sed se in natione (& nationem) Angliæ æquare & æquiparare (cuilibet) nationi aliarum, scilicet, Italiæ, Galliæ, Germaniæ & Hispaniæ.

Et quod iniqvum, absurdum & contra rerum naturam est, vertitur in magnum præjudicium, diminutionem juris & honoris, nationum, regnorum, ducatuum, provinciarum & aliarum partium prædictarum, imò totius universalis Ecclesiæ, vergitque in gravamen, præjudicium, damnum & diminutionem juris & honoris Christianissimi Regis, & amplissimi regni Francorum, atque Ecclesiarum, locorum, & personarum Ecclesiasticarum, & Ecclesiasticorum, Principum, nobilium, & populorum regni sui.

Estque diversis respectibus magnum interesse, loco & tempore opportunis, latius declarandum & specificandum. Cum enim minor majori comparatur, ut ait Hieronymus, minoris comparatio majoris injuria est. Neq; patitur justitia, ratio non suscipit, intellectus non capit, quod ita exigua terrarum portio Christianitatis & universalis Ecclesiæ, qualis est regnum Angliæ, exiguam dico in comparatione aliarum nationum, in Conciliis generalibus & rebus Ecclesiasticis gerendis & moderandis alicui alteri nationum prædictarum, quæ, ut dictum est, tantum excedunt, comparetur. Nullus profecto sanæ mentis hoc diceret. Quinimo esse injustissimum quisque lucu-

len-

lentissimè cognosceret & judicaret.

Præterea, cum Sancti Patres nostri & summi Pontifices aliqua statuerunt, in quibus fuit opus *distinguere nationes*, & omnes terras, sub obedientiâ Romanæ Ecclesiæ existentes, dividere, totam Ecclesiæ Romanæ obedientiam *diviserunt in quatuor partes*, inter quas regnum Angliæ nulla est illarum quatuor partium, & ponitur cum Germaniâ constitutâ, ut adparet in *Extravaganti* felicis recordationis Domini Benedicti Papæ duodecimi, quæ incipit, *Vas electionis*.

Denique summus Pontifex in statutis suis pro *reformatione ordinum regularium* tractans de *Generalibus Capitulis illorum ordinum* celebrandis, quæ materia exactiorem divisionem provinciarum exigebat, totam Romanæ Ecclesiæ obedientiam *divisit in triginta sex partes*, quas vocavit *provincias*. Ex quibus triginta sex provinciis Angliam totam & Scotiam unam constituit.

Ex quibus evidenter adparet, regnum Angliæ, nedum non facere neque dicere aut posse facere quartam partem universalis Ecclesiæ & Concilii generalis, sed nec tricesimam sextam, imò neque quadragesimam, cum illa duo regna, Angliæ & Scotiæ, non faciant nisi unam partem de triginta sex partibus: Et adhuc de Angliâ abest tota Wallia, quæ magna ejus pars est. Nec in Hibernia quæ est pars insulæ Angliæ, quæ tenet nisi duas Diœceses, nec residuum, cognoscit eum in Dominum.

Ne igitur tanta difformitas, tanquam (tamque) iniqua absurditas in Dei Ecclesiâ, & generalibus Conciliis introducatur, & invalescat, & ne per hoc cæteris nationibus regnisque & Regibus, & maximè Christianissimo & Serenissimo Regi Francorum & regno suo prædicto, pro quibus specialiter ago, tantum gravamen, damnum, præjudicium, & injuriam inferant: *Ego Procurator* prædictus, tam vigore mandadati Regii, quàm etiam de mandato Legatorum & nunciorum ejusdem Serenissimi Regis Franciæ, in hoc eodem Sacro Concilio pro eodem Domino Rege præsentium, communicato etiam consilio cum quibusdam aliis notabilibus Prælatis, fidelibus & benevolis ejusdem Regis & regni, *protestor* & dico, *Regnum Angliæ, neq; prælatos aut personas quascunq; illius regni*, sive pro Serenissimo Rege ejusdem, sicut alias in præsenti eodem sacro Concilio, neque aliis futuris Conciliis, *nullo modo posse, nec debere, aut licere, illisque jus non esse, neque debuisse, potuisse, licuisse, jusq; non fuisse, facere seu gerere* nunc dictas nationes Italiæ, Galliæ, Germaniæ & Hispaniæ, ad instar illarum, aut alterius earundem, *quartam, neq; quintam nationem*, neque etiam quartam aut quintam, imò neque tricesimam partem sacri Concilii præsentis, vel alterius futuri Concilii generalis, *neque gerere vel habere vocem, vel auctoritatem quartæ aut quintæ*, imò neque tricesimæ partis Concilii generalis, vel universalis Ecclesiæ in Concilio generali repræsentare, neque ipsos ad hoc debuisse aut debere admitti. Dicens etiam & protestans, quod si regnum Angliæ faceret aliquam quotam partem Concilii generalis, regnum Franciæ deberet & posset facere & repræsentare, & ad hoc admitti, sex, quin imò plures tales quotas, & portiones, quales regnum Angliæ faceret, aut repræsentaret: Attentis numero & quantitate Provinciarum, Diœcesium, monasteriorum & locorum Ecclesiasticorum, qui & quæ sunt in utroque regno, attentis nobilitate & excellentia dicti regni Franciæ, ac diuturnitate temporis, a quo recepit fidem Christi, a quo nunquam deviavit in comparatione regni Angliæ.

Jus Nationis & proprii suffragii in Concilio negatum Anglis.

Dico insuper & *protestor*, quod cum omnes *prælati regni Angliæ, qui sunt in præsenti Concilio*, maximè omnes *Episcopi*, dicant, & *dicunt se Ambasiatores, seu legatos Serenissimi Angliæ Regis*, & *pro talibus gerunt se in omnibus locis & sedibus*, tam in *generali sessione*, quam in omnibus *congregationibus, quæ fiunt propter agenda in Concilio generali*, non debent habere vocem, neq; auctoritatem nisi nomine dicti Regis. Quodq; absurdum est, & inconveniens, legatos, vel Ambasiatores ejusdem Regis repræsentare quar-

Omnes Angliæ Prælatos in Const. Concilio existentes se Regios Legatos dixisse, ac pro talibus publice habitos esse.

quartam vel quintam partem Concilii generalis vel universalis Ecclesiæ: Quare *protestor* & dico, illis jus non esse neque licere talem partem Concilii repræsentare, nec illos ad hoc debuisse aut debere admitti. Alioquin legati & Ambasiatores Christianissimi Regis Francorum debent ac possunt, & eis licet repræsentare sex tales portiones vel partes, quot & quales Legati Regis Angliæ, & ad hoc debent admitti.

Præmissaque notoria sunt, & vera, nullaque possunt tergiversatione celari. Quod ita fieri peto & requiro, & alias super hoc de juris remedio provideri.

Et quia præfati Prælati, & aliæ personæ regni Angliæ præsentes, & qui fuerunt in isto Concilio, nisi sunt & nituntur fecisse & facere, ac repræsentare unam nationem, quam voluerunt dici, & dixerunt quartam, & post adventum dominorum de natione Hispanica dixerunt & dicunt quintam nationem Concilii generalis & universalis Ecclesiæ. Atque nisi sunt & nituntur facere nationem & repræsentare quartam, & post adventum istorum Hispanorum *quintam partem Concilii generalis* & universalis Ecclesiæ:

Atque talis quartæ, & postea quintæ partis vicem & auctoritatem habere, & illâ uti, & conantur atque se jactaverunt, omnia & singula præmissa, quantum in eis est, *trahere in consequentiam in futurum.* Quod cedere noscitur in præjudicium, ac dedecus sacri generalis Concilii, & præsentis, & futurorum, ac universalis Ecclesiæ, nec non omnium & singulorum, aliarum nationum & aliorum Regum & regnorum & provinciarum, & præsertim in gravamen, damnum & præjudicium, atque injuriam Serenissimi Regis Francorum & sui regni atque Ecclesiarum ejusdem: Id circo ejus *Procurator* prædictus, pro & nomine dicti Serenissimi Francorum Regis & sui regni atque omnium prædictorum, mihi in his adhærentium & adhærere volentium, prædictos omnes & singulos Prælatos & alios, de regno Angliæ in præsenti sacro Concilio existentes & futuris, & qui se pro natione Angliæ gerunt super præmissis *ad judicium hujus sacri Conciliis*, illis tamen exclusis, *seu summi Pontificis* una cum Concilio, aut ejusdem summi Pontificis pro tempore & *sedis Apostolicæ*, communiter vel divisim, ad causam provoco & *adpello*, & quatenus opus est, *Apostolos* instanter, instantius, instantissimè, *peto* ab his, ad quos pertinet, mihi dari: Et *protestor*, quod hanc meam (nostram) provocationem & adpellationem ad causam, *possim*, pro dicto Domino Francorum Rege ac sibi adhærere volentibus, & *mihi, liceat prosequi*, & agere in præsenti Concilio, vel coram futuro summo Pontifice, aut futuris summis Pontificibus, vel ad sedem Apostolicam, conjunctim vel divisim, ubi & quando, mihi, aut dicto Serenissimo Francorum Regi, vel suis melius videbitur expedire.

Protestor tamen, quod per hanc protestationem, provocationem, non intendo, aliquatenus gestis in hoc sacro Concilio derogare.

Protestor insuper de addendo, diminuendo, declarando, corrigendo & interpretando, ac emendando in omnibus & singulis præmissorum, & de probando de præmissis quæ mihi ad intentum sufficient, ad probationem superfluam nullatenus me adstringens.

Et de omnibus istis a Reverendis Patribus, Dominis sanctæ sedis Apostolicæ Protonotariis, ac omnibus aliis Notariis publicis peto mihi fieri instrumentum vel instrumenta, publicum vel publica, ad futuram rei memoriam.

Anglicæ

Anglicæ Nationis
in Constantiensi Concilio existentis
Vindicatio sui juris quoad propriam
Nationem in Concilio:
Ac ad Gallicæ nationis objectiones ac protestationes
Responsio.

A. 1417. d. ultima Martii.

Ex antiquissimo Codice MSCto Academiæ Lipsiensis.

d. ult. Mart. A. 1417.

In MSC. Lips.

UT insuperabilis veritas & justitia eo validius & securius probatæ persistant, quo ferventius adversantium insultibus fictionum, præsertim inimicorum insidiis, rationis instantia, de victoria impugnatæ fuerint: Nos *Ambasiatores & oratores Christianissimi* in Christo Principis *Henrici*, Dei gratia *Angliæ & Franciæ Regis*, ad honorem & profectum hujus sacri Concilii generalis, elucidationemque veritatis occultæ & dissimulatæ diutius, ac impeditæ, ad per quosdam adversarios *objecta dicimus* & proponimus in hac sacra Constantiensi Synodo & totius Ecclesiæ conspectu, quæ sequntur.

Responsio Anglorum ad objectiones Gallorum.

Imprimis *protestamur* publicè in his scriptis, quod non fuit, est, nec erit intentionis nostræ, quicquam dicere seu proponere in præjudicium determinatorum in hâc sacrâ Synodo, sicuti nec fecimus nec faciemus in futurum. Nec dicimus aut proponimus infrascripta animo vel intentione litem contestandi, subeundi, seu quomodolibet formandi, ingrediendi vel cognoscendi judicium: Aut jus *Christianissimi* dicti Domini nostri *Regis*, sive *nationis* inclytæ *Anglicanæ* aliàs *Britanniæ*, in forum contentiosum aut litem deducere, nullatenus intendimus: Sed contradicimus & reclamamus publicè & expresse, ex causis ad hoc nos moventibus infra scriptis, & aliis, pro tempore declarandis. Et præsertim, ne ex hoc *jus hujus inclytæ nationis*, quod est tam *super titulo* quàm *super possessione*, vel quasi, notoriis toti mundo, & præsertim universali Ecclesiæ, in hoc sacro Concilio repræsentative congregatæ, revocaretur in dubium. Et maximè ad instantiam quorundam, qui nullum quomodolibet exquisitum possunt prætendere *interesse*, sed solùm & duntaxat pro ostensione veritatis, juris, & justitiæ universalis Ecclesiæ, & cæterorum Regum, regnorum ac nationum, & præsertim dicti *Christianissimi Angliæ & Franciæ Regis*, nationisque inclytæ Anglicanæ aliàs Britannicæ, ut scribentibus ex adverso satisfiat: Ne tot ac tantis flatibus veritas ipsa velata declinet, tamque ac tam injusta materia intacta remaneat, neve *responsionis* penuria silere credamur, & exinde in auditorum seu lectorum animis quisquam credulitatis scrupulus relinquatur, aliquid saltem in hac parte dicere necessitas jam impellit.

Jus suum tuiti Angli.

Certissimum enim est, quod, licet nonnulli, Oratores, Ambasiatores adversarii Franciæ se dicentes, & præsertim *unus ex eis*, cum suis adhærentibus, plures dissensionum divisionumque materias, Concilio generali nocivas & turbativas, nationibus in plena concordia persistentibus in eodem, & præsertim contra indubitatam nationem inclytam Anglicanam, aliàs Britannicam, intercætera per suum *tractatum, de Ecclesiasticâ potestate* intitulatum, in præsenti Synodo suscitavit: Nos tamen *Ambasiatores & Oratores dicti Christianissimi Angliæ & Franciæ Regis* Quanquam in præmissis, & eorum quolibet, nostrum Regem antedictum & regnum suum Angliæ, cæteraque non nulla sua dominia, ac nos eorum nomine, nec non nationem inclytam Anglicanam prædictam, aliàs Britannicam, non modicum injuriata senserimus & gravata: Nihilominus pro bono unionis

Petrus de Alliaco Cardinalis Cameracensis notatus. Edidit hoc opus suum Cameracensis in Concilio A. 1416. d. 1. Octobr. Vid. infr. Tom. VI

nis in proximis, dante Domino, consequendo, has & alias multiplicatas injurias sustinuimus patienter huc usque, sperantes, quod, cum ad cor reversi fuissent, licet non nostræ unionis, tamen universalis Ecclesiæ intuitu destitissent ab inceptis. Sed jam ex cumulatis gravaminibus novis & injuriis didicimus ab experto, quod absq; gravi Dei offensa ac universalis Ecclesiæ unionisq; periculo, præmissa, Deoque ac toti mundo notoriè contraria, sub silentio *dissimulare* prolixiùs seu præterire *non possimus*, quin sub debita reverentia hujus sacri Concilii generalis *veritatem* pro ostensione justitiæ *dicere cogamur*, ne consentire videamur errantibus, dum ad resecandum, quæ corrigi debent, non occurrimus. Quia error, cui non resistitur, adprobatur, & veritas opprimitur, cum minimè defensatur.

Quanquam enim divinitus sancitum sit, ne *sacerdotes Domini in sacrâ Synodo indiscretis vocibus perstrepere audeant*, aut quibuslibet tumultibus perturbare, obstinatisve disceptationibus tumultuosas voces effundere; Et, ut ait Apostolus, *Si quis se putat religiosum esse, & non refrenat linguam suam, sed seducit cor suum, hujus vana est religio:* Cultum enim suum justitia perdit, quando silentia judicii obstrepentium turbo confundit, dicente Propheta, *Erit cultus justitiæ silentium:* Quodque, licet pro bono unionis & honore Concilii (generalis) *deliberatum* fuerat *in nationibus & conclusum, & observatum in Concilio pro lege* diutiùs, *quod in sessionibus sacræ Synodi nihil penitus proponeretur aut diceretur, nisi prius in nationibus fuerit concordatum:* Dicti tamen prætensi Ambasiatores adversarii, his non obstantibus, sed præter & contra præmissa, in Concilio, *3. die Mensis Martii* jam instantis nisi sunt *proponere & publicare quædam materias*, de quibus supra & infra fit mentio, & prout in eisdem per ipsos propositis liquet evidenter.

Notata Gallorum propositio.

Argumenta Gallorū contra Anglos.

Inter cætera verò dicunt, quod, licet Rex Angliæ & regnum suum unam nationem repræsentare valeat, sicuti quædam nationes particulares, etiam Regem adpropriatum non habentes: Attamen de jure non habent, nec habere debent vel possunt, Rex Angliæ & regnum suum, repræsentare vocem seu auctoritatem repræsentativam quartæ aut quintæ partis Christianitatis, seu totius obedientiæ Romani Pontificis, quæ debeat aut possit de jure æquiparari in Conciliis generalibus voci seu auctoritati totius Italiæ, vel totius Galliæ, vel totius Hispaniæ, vel totius Germaniæ, quæ sunt quatuor nationes principales.

Et ad præmissa fundandum inter cætera tres causas, imò verius occasiones allegant principales.

Primò, quod Benedictus 12 *in Extravaganti, Vas electionis*, ubi ordinat super procurationibus Prælatorum &c. distingvit obedientiam (Romani Pontificis aut) Papalem, in quatuor generales partes sive nationes, videlicet in Franciam, Alemaniam, Castellam & Italiam. Et in secundâ parte sub natione Alemaniæ Anglia posita est. Et sic Anglia non est natio, saltem quartam aut quintam partem obedientiæ Romani Pontificis repræsentans, cum sit pars Germaniæ &c.

Secundò dicunt & allegant, quod pro declaratione & confirmatione præmissorum facit, quod idem Benedictus 12, qui Burdegalensis fuit nationis, & per consequens Regi & regno Angliæ favens, cum de terrâ eis subditâ oriundus esset, volens distingvere terras & provincias subditas obedientiæ Romani Pontificis, pro Capitulis Monachorum nigrorum celebrandis, in primâ rubricâ sui operis in fine distinxit præfatas terras & regna in 36 provincias &c. Ubi in regno Angliæ ponit Cantuariensem & Eboracensem pro unâ provinciâ: Et sic cum sit 36 pars obedientiæ Papalis, ut dicunt, & non tanta, non debet natio Anglicana quartam vel quintam partem facere (repræsentare) in Concilio generali.

Tertiò verò dicunt, quod nec juri nec rationi consonum est, æquare seu æquiparare regnum Angliæ regno Franciæ in Concilio generali, vel nationem Gallicanam generaliter sumtam

tam

tam nationi Anglicanæ, attentis numero & quantitate provinciarum, Diœcesium, monasteriorum & locorum Ecclesiasticorum regni Franciæ: Cum habeat undecim provincias, centum & unam diœceses latas & spatiosas, & Anglia habeat tantum duas provincias. Attentis etiam nobilitate & excellentiâ dicti regni Franciæ, ac diuturnitate temporis à quo recepit fidem Christi, à qua non deviavit in comparatione regni Angliæ.

Attento etiam, quod in regno Franciæ ultra plures Ducatus, sunt quatuor Comitatus, *spatiosiores* in terrarum latitudine, civitatibus, castris & villis clausis, & quilibet ipsorum, *regno Angliæ.* Ideo absurdum & irrationabile est, ut dicunt, quod si natio Anglicana repræsentaret quartam vel quintam partem Concilii generalis, regnum Franciæ deberet repræsentare sex, imò plures tales quotas & portiones, quales regnum Angliæ faceret aut repræsentaret, attentis supra dictis. Ideo ex parte eorum supplicata & requisita fuerunt infra scripta.

Primò, quod adveniente natione Hispanicâ cessaret dicta quinta natio Anglicana, & fieret pars nationis Alemaniæ, sicut est, & ei immediatè conjuncta, ut patet ex jure prædicto *Extravagantis*, *Vas electionis.* Unde quod hæc natio Angliæ hucusque divisa fuit à natione Alemaniæ, permissum fuit &c. Et hoc ex certâ & speciali causa dissimulata, quæ cessabit adveniente natione Hispanicâ.

Secundò, si hoc non placet, sed vult divisa manere ab Alemaniâ, consequens videtur, quod aliæ nationes in plures distingvantur nationes, nationi Anglicanæ proportionales: Alioquin non esset justa æqualitas. Et videtur fieri injuria & gravamen Regi Franciæ ac regno suo, ac toti nationi Gallicanæ, & multo magis aliis nationibus, ut patet ex præallegatis.

Tertiò, si dictæ nationes nollent condescendere ad talem multiplicationem nationum, sicut nec adparet expediens, videretur esse providendum, quod redirent ad jus commune & antiqvum modum procedendi in Conciliis generalibus, in quibus non legitur fuisse, ut asserunt, talis distinctio nationum.

Circa quæ minùs bene proposita sunt jura, quæ rationi & veritati contraria, diversas fecerunt *protestationes*, supplicationes, requisitiones, adpellationes, frivolas & ineptas, prout infra dicendum declarabitur manifestè.

Responsio ad primũ argumenta Gallorum.

Ad primum verò, salva semper & hic repetitâ protestatione præmissa, respondetur: Quod, eorum sic scribentium gratia semper salva, mirandum est, qua fronte seu quo spiritu in facie universalis Ecclesiæ tam literati viri, & sacerdotes præsertim, præsumere audeant, tam manifestè & erronèe ad sensum distortum dictam *Extravagantem* reducere, cum in nullo ad finem facit, quem intendunt per ipsos recitatum. Quod clare liquet ex ipsius Extravagantis *causâ triplici*, *materiali*, *formali* videlicet *& finali.*

Sensum Constitutionis Papalis esse alium.

Causa materialis illius est, quod visitantes jure ordinario in Franciæ, Navarræ & Majoricarum regnis, ac terris provinciis & partibus adjacentibus & vicinis eisdem, &c. tantum nomine procurationum recipiant. In Alemaniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Norvegiæ, Scotiæ, Daciæ, & Sveciæ regnis, ac terris, provinciis & partibus eis adjacentibus tantum recipiant. Plus tamen quàm in regno Franciæ visitantes &c. In Castellæ quoque, Legionis, Arragoniæ & Portugalliæ partibus adjacentibus & vicinis tantum recipiant, &c. In Apuliæ verò, Calabriæ, Terræ laboris, Siciliæ, Lombardiæ, Tusciæ, Sardiniæ, Corsicæ, & cæteris regnis, & aliis Italicis partibus, nec non Sclavoniæ, Achajæ, Cypri, & cæteris regnis, insulis, aliis provinciis & partibus omnibus ultra marinis, tantum recipiant, &c.

Ex qua causa materiali patet, quod Papa non intendebat in illa Extravaganti distinguere nationes. Quia posuit primo, sive *in prima parte*, regna Navarræ & Majoricarum, Comitatumque Russilionis & alias terras, quæ notorie fuerunt & sunt in & de alma

natione

natione Hiſpanica, & nullatenus in nec de natione Gallicana, licet in prima parte dictæ Extravagantis poſt regnum Franciæ immediatè dicta regna Navarræ & Majoricarum &c. ponantur pari modo.

Sic in ſecundâ parte dictæ Extravagantis, licet regnum Angliæ ſcriptum ſit immediatè poſt Alemaniam, tamen in de aut ſub natione Alemaniæ per dictam Extravagantem ejusve cauſam materialem legislator non incluſit, ſicut minimè intendebat. Quod patet aperte in *Extravaganti* Benedicti prædicti, quæ incipit, *Statuimus*, inferius allegata. Ubi ponuntur duæ provinciæ Angliæ, Cantuarienſis ſcilicet & Eboracenſis inter provincias linguæ Occitanæ & provincias Hiſpanorum, & ſex aliæ provinciæ ejusdem nationis Anglicanæ inter provincias alias, & nullatenus inter, ante, nec immediatè poſt provincias in regno Alemaniæ exiſtentes. Et ſic patet ex *materiâ* illius *Extravagantis*, quod natio Anglicana in de & ſub Alemania non dicitur quovis modo.

Item hoc patet *ex causâ formali* ejusdem. Quam Extravagantem pro nationibus ponendis ſeu ordinandis in Concilio generali Papa non concepit. Nam forma ordinis nationes ponendi eſt ipſas ponere ſecundam ſuas antiquitates & dignitates. Quia ſi nationes in dicta Extravaganti ordinaſſet antiquiorem in fide priorem & digniorem, Eccleſiæ Romanæ ac Imperii cauſa, nationem videlicet Italiæ præpoſuiſſet regno Franciæ, & deinde alias nationes in ſuo ordine poſuiſſet. Quod non fecit. Quia Franciam præpoſuit etiam non ſecundandam (ſecundam) & Italiam in cauda ultimò conſcripſit, Hoc etiam patet in multis aliis locis dictæ Extravagantis.

Item hoc patet ex *causâ finali* dictæ Extravagantis, quod eſt, quod non obſtantibus juribus in hac parte editis, Prælati in procurationibus ſic ſe onerosos reddiderunt, ut ſubditi oppreſſi onera nequierunt ſupportare. Ideo cupientes, certum modum viſitantibus & ſtabilem viſitatis in præmiſſis fore obſervandum, ſtatuit, ut prædicitur. Et ſic principaliter & finaliter intendebat legislator per illam Extravagantem viſitantibus & viſitatis certum modum dare in procurationibus ſolvendum & recipiendum. Ad alios ergo caſus non eſt extendenda. Quia leges, & præſertim caſus alios extendere de jure non debemus. In jure enim obedientia Papalis in duas partes dividitur, in ultra & citra montanos: Ergo duæ ſunt tantùm nationes: Non ſequitur.

Præterea ſcribunt, quod Benedictus prædictus in dicta *Extrav. Vas electionis*, in ſecunda parte ſub natione Germanica ponit Alemaniam, Angliam, Hungariam, & plura alia regna, &c. Ad quod *reſpondetur*, quod in loco præallegato dictæ Extravagantis ſic dicitur: *In Alemania quoque, Anglia, Hungaria, Bohemia, &c. regnis ac terris, provinciis, & partibus eisdem adjacentibus, Archi-Episcopi & Episcopi viſitantes tantum recipiant &c.* Ex qua litera liquet, quod *dicta Extravagans nil loquitur de natione Germanicâ*, nec de aliqua alia natione facit mentionem. Ex dictis enim dictorum ſic ſcribentium ſequeretur, quod, cum omnes Reges per ſeriem ſcribuntur in libro ceremoniarum & aliis libris, unus poſt alium, quod Rex in ſecundo loco ſcriptus priori ſubjiceretur, & illius foret ditionis. Sic Rex Franciæ foret in de & ſub imperio Græcorum. Et ſic de aliis Regibus. Quod fatuum eſt dicere.

Ad ſecundum autem, ſalva ſemper & hic repetita proteſtatione antemiſſa, *reſpondetur, quod* licet *Benedictus* prædictus *Burdegalenſis* fuerit nationis, id eſt, nativitate, poſtea tamen nutritus & beneficiatus fuit in, de & ſub ditione adverſarii Francorum, & ad prælaturam adſumtus. Et ſic ut Gallicus fuerat regno Franciæ nimis favens, Extravagantem prout fecit promulgando, ſicut ex tenore & ordine Extravagantis ſuæ clare conſtat, ubi regnum Franciæ etiam non ſecundandum (ſecundum) primò conſcripſit, & regnum principalius, & Francia nobilius, ultimò collocavit.

Reſp. ad 2dum argumentũ Gallorum.

Benedictũ Papam, conſtitutionis autorem, Gallis faviſſe.

Præte-

2. Præterea dicta *Extravagans* Benedicti, quæ incipit, *Statuimus*, in primâ rubricâ sui operis, ad confirmationem scriptorum per eos non facit. Eò quod in regno Angliæ ponit Cantuariensem & Eboracensem pro una provincia: Ergo natio Anglicana sive Britannica unam provinciam habet in Concilio generali: Pessima est argumentatio. Nam in pluribus eorum scriptis de solo regno Angliæ concludunt ad totam Anglicanam nationem. Et sic inordinatè scribunt antedicti.

3. Distinxit etiam Benedictus 12. in dictâ *Extravaganti Statuimus*, provincias pro capitulis Monachorum nigrorum celebrandis. Ergo pro aliis capitulis, actibus, negotiis, vel Conciliis generalibus, provinciæ remanent in limitatione antiquâ. Quia quod de uno dicitur, de alio denegatur. Quod probatur clarè ex textu prooemii dictæ *Extravagantis, Statuimus*, versiculo *Per editionem*, ubi sic dicitur, *Per editionem*, nempe statutorum & ordinationum prædictorum, *non intendimus aliis juribus aliquatenus derogare, sed illa potiùs adprobare.*

Item probatur, quod dicta limitatio provinciarum ad alia non extenditur, per textum (dictæ) Extravagantis in principio, dum dicitur, *Statuimus*, &c. *quod in ordine nigrorum Monachorum in singulis provinciis per nos inferiùs deputatis fiet de triennio in triennium, salvo jure diœcesanorum Pontificum, commune seu provinciale Capitulum, abbatum & priorum, &c.* Ex quo textu apertè patet de errore dictorum scribentium, dictam Extravagantem minùs bene reducentium, cum ad celebrationem Capitulorum Monachorum duntaxat extendatur.

4. Præterea, notoriè patet, quod illa *Extravagans, Statuimus*, non facit in aliquo, quod natio Anglicana esset pars immediatè conjuncta nationi Alemaniæ, nec ad illam reduci deberet ut ad propriam nationem, prout prædicti Domini minùs bene scribunt. Clarum enim est, quod in [dictâ] *Extravaganti, Statuimus*, provinciæ Cantuariensis & Eboracensis pro unâ provinciâ pro capitulis Monachorum nigrorum celebrandis non inter immediatè post nec ante provinciam seu provincias regni Alemaniæ scribuntur, sed inter provincias Narbonensem, Tholosanam & Auxitanensem ex parte præ, & Compostellanensem & Hispalensem à parte post. Sed si Papa voluisset dictam nationem Anglicanam partem esse nationis Alemaniæ, illas duas provincias Angliæ inter provincias lingvæ Occitanæ & Hispanorum minimè posuisset.

Item liquet, quod non fuit Legislatori, etsi posuisset, in proposito, nationem Anglicanam partem nationis Alemaniæ facere & limitare. Quia in eâdem *Extravagante, Statuimus*, quinque provincias, in, de, & sub natione Anglicanâ notoriè existentes, videlicet Armachanam, Dublinensem, Cassallensem, & Tynanensem (Tumanensem) in Hiberniâ, & provinciam regni Scotiæ, non inter immediatè post, nec ante provinciam seu provincias regni Alemaniæ, sed inter provincias Strigoniensem, Olocensem, & Gveznensem à parte præ, & provincias Bohemiæ, Daciæ, Norvegiæ, Sveciæ, Sardiniæ, Corsicæ, & Cypri, posuit à parte post. Si verò dictus Dominus Papa intentionis fuisset seu propositi, nationem Anglicanam unam esse cum natione Alemaniæ, dictas provincias, una cum provinciis Vasconiæ & aliorum locorum nationis Anglicanæ notoriè existentes, non sic divisim cum provinciis aliarum nationum, sed cum provinciis regni Alemaniæ posuisset, prout in dictâ *Extravagante, Statuimus*, clarè constat. Nec sequitur per dictam *Extravagantem, Vas electionis*, quod natio Anglicana de natione esset Alemaniæ. Quia scribitur immediatè post regnum Alemaniæ: Ergo esset de natione Alemaniæ: Pessima est argumentatio. 5.

Præterea illa *Extravagans, Statuimus*, ad confirmationem illorum sic scribentium non facit, videlicet, *quod natio Anglicana unam duntaxat habeat provinciam in Concilio generali.* Sed ad expressam reprobationem dictorum suorum, notorium est toti mundo, quod, licet in, de, & sub inclyta natione Anglicanâ regna fuerunt plura antiquitus, & sunt 6.

quodlibet per se longe commodiùs & solennius, quàm regnum per se Franciæ: Attamen substantialiter præter Ducatus, terras, ac insulas, & dominia in numero copioso, sunt *regna* 8, videlicet *Anglia*, *Scotia*, *Wallia*, quæ tria majorem integrant *Britanniam*, regnum etiam *de mari & in Hiberniâ*, juxta Angliam, *quatuor regna magna* & notabilia, videlicet *Catholicum* (Catholiconense), *Calense*, *Morania*, & *Menechatene*, velut in *catalogo Christianorum Regum* registra Romanæ curiæ unâ cum aliis expressè & sigillatim commemorant: Principatusque notabilis Johannis principis insularum Orcadum, & aliarum, numero circa LX. Quæ etiam insulæ sunt æquales seu majores dicto regno Franciæ. Dicta (verò) *Extravagans, Statuimus*, octo provincias, in de & sub natione Anglicanâ sive Britannica notoriè existentes, pro capitulis Monachorum nigrorum celebrandis in 4 limitat provincias, videlicet in *Hiberniam* pro unâ, in *Cantuariensem & Eboracensem* pro alia, *regnum Scotia* pro tertiâ, & *Burdegalensem* pro quarta. Ex qua Extravagante probatur clare, quod malè, imò, eorum gratia semper salva, minùs bene scribunt, sic fundando intentionem scripturæ suæ super illa *Extravagante Statuimus*, nationem Anglicam unam habere provinciam, juxta limitationem dictæ Extravagantis 36tam partem obedientiæ Papalis esse, cum in numero sint 10 provinciæ in ea, de quibus sunt obedientes nationi Anglicanæ octo superiùs limitatæ, & de illis in temporalibus septem Rex Angliæ possidet plena pace, & in brevi Dei gratia cæteras possidebit. Habet etiam dicta natio Anglicana centum & decem Diœceses, ut inferiùs recitatur.

De regnis nationis Anglicæ.

In quantum etiam scribunt, quod *Wallia Anglia Regi non obedit, neque prælati & clerus illarum partium, neque esse volunt de natione Anglicanâ, ut adparet in hoc Concilio*: Salva protestatione præmissâ, *respondetur*, quod erubescere possunt tam notoriæ veritati contrarium scribere. Quia tota *Wallia* Archi-Episcopo Cantuariensi in suo Primatu (ut suo Primati) in spiritualibus, & Serenissimo Angliæ Regi in temporalibus obedit pacificè & quietè, prout in partibus patet, & *in hoc Concilio, cum in natione inclytâ Anglicanâ plures Venerabiles Doctores ac cæteri graduati & clerici de Walliâ hic existunt.* Conformiter etiam patenter minùs bene dicunt de *Hiberniâ*, quæ quatuor provincias & LX Diœceses spatiosas & amplas in se continet, quæ provinciæ & Diœceses de natione inclyta Anglicana indubiè & notoriè existere dignoscuntur.

De Wallia Angliæ Regi subjecta.

Plures ex Wallia Viri eruditi in Constant. Concilio extiterūt.

In quantum etiam insuper supponunt, quod Suffraganei de regno Scotiæ non sunt nec esse volunt de natione Anglicana: Protestatione præmissa semper salva, *Respondetur*, quod de natione Anglicana alias Britannica notoriè sunt & esse debent, cum nullo modo negare possunt quin *Scotia* sit *pars Britannia*, licet non tanta, sicut Anglia, prout notum est toti orbi, & etiam cum Anglicis eandem habent linguam.

De regno Scotia Britanniæ parte.

Mirabile etiam est, tales literatos sic scribere velle, *Walliam*, *Hiberniam* aut etiam *Scotiam* de natione Anglicana non esse, quia Regi Angliæ non obediunt. Hoc dato, & non concesso, nihil facit ad propositum. Quia notorium est, quod *nihil refert, an natio quavis uni duntaxat Principi obediat vel diversis.* Nonne in natione Hispanicâ plura sunt regna, quæ Regi Castellæ principali Hispanorum non obediunt? Et tamen non sequitur, quod de natione Hispanica non sunt. Nonne Provincia, Delphinatus, Sabaudia, Burgundia, Lothoringia, & aliæ terræ plures, quæ nihil habent agere cum adversario Franciæ, & tamen in natione Franciæ sive Gallicana continentur. Et sic conformiter de aliis nationibus.

Ad tertium etiam, salvâ semper & hic repetita protestatione priùs dicta, *respondetur*: Verum est, quod nec juri nec consonum est rationi, aliquam *comparationem* facere inter regna. Cum *odiosa* sint, & à principe tenebrarum primitus adinventæ.

Resp. ad 3. Argumentum Gallorū.

Comparationes regnorum odiosæ.

In quantum verò intelligunt sic scribentes ex adverso de superioritate & nobilitate regni Franciæ ad regnum Angliæ, sine tamen injuria seu comparatione

ratione cujusquam loquendo, ut ex adverso scribentibus satisfiat, *non minoris antiquitatis auctoritatisve*, quin verius *antiquioris & majoris fidei, dignitatis & honoris*, seu saltem *æqualis in omnibus*, *regalis etiam potentiæ*, clerique & populi multitudinis ac opulentiæ rerum *gloriosum regnum Angliæ* divinis favoribus, quàm dictum regnum Franciæ dignoscitur prædotatum.

De antiquitate & autoritate regni Anglici.

A tempore verò secundæ ætatis mundi *illa domus praexcellens regalis Angliæ crevit*, quæ hucusque continuata realiter extitit.

De fide Christiana Angliæ

Domus insuper regalis Angliæ inter plures *sanctos palmites*, quos produxit, qui de facili numerari non poterunt, *sanctam Helenam*, cum filio suo *Constantino Magno* Imperatore *nato in urbe Regia Eboracensi* educere comperta est. Qui infidelium terras plures ac crucem Domini de nationibus infidelium ad Christianorum manus in fidem reduxerunt. Religiosissimus insuper vir ille primus licentiam dedit per universum orbem suo degentibus imperio, non solum fieri Christianos, sed & fabricandi Ecclesias, & prædia constituit illis tribuenda, donanda immensa contulit, & fabricam templi primæ sedis B. Petri instituit, adeo quod sedem Imperialem relinqueret, & B Petro suisque successoribus pro futuro concederet. Hic etiam ad destructionem hæresium & schismatum primus licentiam dedit Christianis generalia Concilia liberè congregari. Hic insuper in tantum honoravit Ecclesiam, quod ipsos clericos Deos appellavit. Illa domus insuper potentissima regalis Angliæ ab obedientia Romanæ Ecclesiæ nunquam discessit, sed sub eâ hucusque christianissime militavit.

In cæteris verò prærogativis & donis Dei illius Domus gloriosæ ad speciem descendere, & membranæ plurimæ non sufficerent.

In quantum etiam prædicti Domini regnum Franciæ exaltare nituntur ad sidera, volentes illud regno Angliæ in aliquo comparare propter multiplicationem provinciarum & Diœcesium ejusdem regni Franciæ, scribentes, xi provincias, 101 Diœceses, latas & spatiosas, regnum Franciæ continere: *Respondetur*, Quod in re dubiâ vel incertâ hi Domini, ut videtur, incredibilia pennata dicerent, cum in re tam apertâ & notâ toti mundo tam notoriè à verò deviant. Constat enim, quod regnum Franciæ duas provincias Remensem & Senonensem, & 20 Diœceses duntaxat continet, & regnum solum Angliæ duas provincias largissimas, videlicet Cantuariensem & Eboracensem, & 25 etiam secundùm eos Diœceses continet. In ditione autem adversarii Franciæ sunt circa LX Diœceses, & in ditione Regis Angliæ 110. satis (amplæ.)

Ecclesia insuper regni Franciæ vix uno legato nato à latere (à lege mortua) decoratur. Sed Ecclesia regni Angliæ duobus legatis natis, vices Domini Papæ in provinciis sibi decretis gerentibus, perenniter insignitur.

De duobus legatis à latere natis apud Anglos nomine Papæ.

In regno etiam Franciæ quanquam adversarii quatuor Comitatus existere affirmant, quorum quilibet major est regno Angliæ, cujus contrarium verum est: In regno tamen Angliæ præter ducatus & baronias plures, 32 Comitatus satis spatiosi reperti sunt, de quibus 4 aut 5 pro toto regno Franciæ, præterquam in hujusmodi verbis superfluis, ad omnia nutu Dei gerenda sufficiunt.

Britannia verò prædicta tam amplâ & spatiosa est, quod ipsius spatium à parte Septentrionali usque ad partes meridianas ejusdem, etiam directè incedendo, ad *octingenta miliaria*, quæ xl dietas legales continent, se extendit, dubium non existit. Et sic non regnum Franciæ, ut communiter dicitur.

De amplitudine regni Anglici.

In regno etiam Franciæ vix sunt Ecclesiæ Parochiales ad numerum sex milium, ut dicunt experti satis. Sed in regno Angliæ præter Cathedrales & collegiatas Ecclesias, monasteria, & prioritatus, hospitalia, Xenodochia, & alia pia loca in numero copioso, sunt *Ecclesiæ parochiales* honorabiles multum, numero ultra *L duorum millium, dotatæ insigniter.*

Unde ergo processit hæc opinio, dicere, illud gloriosum regnum Angliæ Franciæ regno non posse comparari? Si enim

enim diligenter attenderent sic scribentes consideranda, in omnibus potiùs facerent de regno Angliæ plura regna respectu regni Franciæ, ac de natione Anglicanâ plures nationes respectu nationis Gallicanæ, quam unam, salvo tantum in omnibus honore illius inclytæ nationis Gallicanæ.

In scripturis insuper & aliis documentis pluribus reperitur, quod septem sunt Ecclesiæ Christianitatis principales. Quarum prima *Romana Ecclesia*. Secunda *Constantinopolitana*. Tertia *Gallicana*. Quarta *Anglicana*. Quinta *Hispanica*. Sexta *Pannonia*. & Septima *Germanica*.

Certissimum etiam est, quod si ad honorem Ecclesiæ Anglicanæ & dignitatis Pontificalis tenderent tot provincias & Diœceses limitare & erigere, prout in Franciâ & in nonnullis cæteris partibus per ipsos descriptis eriguntur, & ipsos conformiter dotare, prout dotantur provinciæ Episcopatus & Diœceses partium prædictarum: Circumstantiis omnibus pensatis, regnum Franciæ incomparabiliter non posset tot provincias & Diœceses erigere, decentique honore fovere, sicut regnum per se poterit Anglicanum, in quo regno præter & citra Hiberniam & Scotiam, principatus & insulas plures, lx & ultra, ad nationem Angliæ pertinentes, sunt *parochiales Ecclesiæ*, ut prædicitur, numero ultra *quinquaginta duorum millium*. De quibus ad minùs *mille Episcopatus*, omni consideratione & comparatione habitis, adeo magni, boni & fertiles & honorifici erigi poterunt, si deceret, æquales seu majores quàm in regno Franciæ communiter erecti sunt.

Item, quantum verò nimis exaltare nituntur regnum Franciæ super regnum Angliæ dicentes, &c. Quod attentis nobilitate & excellentiâ regni Franciæ, ac diuturnitate temporis, à quo recepit fidem Christi, à quâ non deviavit in comparatione regni Angliæ, &c. *Respondetur*, Quod si adverterent tempus, quando regnum Angliæ fidem Christi recepit primo, & quando regnum Franciæ, & qualiter in regno Angliæ fides Christi continuè stetit husque, quanquam temporum intervallis infidelium insævientium grandissima (grandinosa) tempestas ipsum regnum sic impulerit, quod fidem Christi ibidem ex parte extingvere conata est, non utique sic scripsissent. Statim enim post passionem Christi *Joseph ab Armathia* (Arimatia) nobilis Decurio, qui Christum de cruce deposuit, cum 12 sociis vineam Domini de mane colendam, *Angliam* videlicet *ingressus est*, & populos ad fidem convertit: Quibus Rex 12 hidas terræ & diœcesin Bathoniensem pro victu assignavit. Qui in Monasterio Glascomensi, Bathoniensis diœceseos, ut scribitur, tumulantur. Super quibus 12 hidis prædictis dictum monasterium antiquitùs dotatum dignoscitur. Sed regnum Franciæ tempore sancti Dionysii & ejus ministerio fidem Christi recepit.

De origine fidei Christianæ in Anglia.

Regnum insuper Angliæ, laudetur altissimus, ab obedientiâ Romanæ Ecclesiæ nunquam discessit, nec tunicam Domini inconsutilem scindere, nec unquam Rom. Pontificis obedientiam illudere conatum est.

Satis etiam constat, secundùm *Albertum Magnum & Bartholomæum, De proprietatibus rerum*, quod toto mundo in tres partes diviso, videlicet Asiam, Africam & Europam, Europa in quatuor dividatur regna. Primum videlicet *Romanum*, secundum *Constantinopolitanum*, tertium regnum *Hiberniæ*, quod jam translatum est in Anglicos, & quartum regnum *Hispaniæ*. Ex quo patet, quod Rex Angliæ & regnum suum sunt de eminentioribus & antiquioribus Regibus & regnis totius Europæ. Quam prærogativam regnum Franciæ infertur (non fertur) obtinere.

De antiqua divisione Europa in quatuor regna.

Unde ergo processit hæc inæqualis regni Franciæ ad regnum Angliæ comparatio? Unde audent Domini sic scribentes scribere, regnum Franciæ sex & plures quotas portiones facere ad regnum Angliæ? Æstimatur enim, quod, sicut nonnulli eisdem faventes pro singulari gloriâ *in mappâ mundi* civitatem Parisiensem plus occupare de loco pingunt quàm totum regnum Angliæ, sicut videtur, præsumere vellent, sic scribentes

De mappa geographica Gallia.

bentes inæqualitatem inter regna prædicta in terræ continentia & cæteris qualitatibus. Cujus contrarium verum est, ut superiùs dictum est.

Ad hoc etiam, quod scribere non verentur, quod nec juri nec rationi consonum est, æquiparare nationem Gallicanam generaliter sumtam, nationi Anglicanæ, attentis per ipsos pluribus superiùs recitatis: *Dicimus*, salvâ protestatione præmissâ, non modicum mirandum, quod hi nationem inclytam sic abhorrent Anglicanam, nolentes Gallicæ comparari. Nonne has duas nationes æquiparant *jura, rationes & scripta plura?* Omnia enim necessaria ad esse nationis auctorisabilis quartam aut quintam partem obedientiæ Papalis, sicut natio Gallicana, sive sumatur natio ut gens, secundùm cognationem & collectionem ab aliâ distincta, sive secundùm diversitatem lingvarum, quæ maximam & verissimam probant nationem, & ipsius essentiam, jure divino pariter & humano, ut infra dicetur: Sive etiam sumatur natio pro provinciâ æquali, etiam nationi Gallicanæ, sicut sumi deberet, una est de quatuor sive quinq; nationibus, ex quibus obedientia Papalis existit, Natio inclyta Anglicana alias Britannica, & tanti vigoris & auctoritatis est, absque tamen comparatione vel injuriâ cujusquam loquendo, sicut natio inclyta Gallicana. *In jure* etiam provincia, id est, natio Anglicana, provinciæ, id est, nationi Franciæ sive Gallicanæ comparatur. Ordinatur enim in jure, quod in Rom. curiâ, Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi, & Salmanticensi Studiis, *scholæ* erunt *sub tribus generibus lingvarum.* Ubi dicit glossa, quod ordo iste descriptus in textu procedit non ordine Studiorum, sed ex gratificatione provinciarum, i. e. nationum, secundùm Johannem Andreæ & alios. Ex quibus, textu & glossâ, & aliis liquet, quod Italia ponitur pro una provincia i. e. natione, Francia pro alia, Anglia &c. pro alia. Et regnum Hispanorum pro alia.

Anglicã nationem Gallicæ esse æqualem.

Ex qua gratificatione & ordine Concilii generalis, Anglicanæ, aliàs Britannicæ pro unica, i. e. natione, jus semper & ab antiquo debitum & adprobatum ac continuatum existit. Conformiter scribit *Condomiensis Episcopus Carolo Regi Francorum* in tractatu suo *de sedando schismate, parte* 7 sic dicens: *Jam claret lata Christi hereditas, plurimos fideles filios habet, &c. scilicet, per Italiam, Alemaniam, Franciam, Angliam & Hispaniam, & breviter, in omnem terram unitas cognoscitur.*

Bernardus Alamandus, Condomiensis Episcopus, in suo secundo tractatu MSC. de sedando schismate, Parte 7. illa habet.

Ex quo patet quod obedientia Rom. Ecclesiæ in his 5 provinciis, id est, nationibus, existere dignoscitur.

Item S. *Bernhardus* in epistola 102 (202) Hildeberto Thuronensi ArchiEpiscopo scribit, circa medium dicens; *Numquid non omnes principes cognoverunt, quia ipse verus est Dei electus Francorum, Anglicorum & Hispanorum.* (Rex) &c.

Quarum nationum ordinis positio & pacificatio essentiam illarum quarumlibet præsupponit. Quia rerum non existentium ordo dari nequit, & non entis non sunt species, neque differentiæ, sed entis duntaxat.

Ubi etiam natio Gallica habet pro majori parte *unam lingvam* vulgariter intelligibilem, in toto saltem vel in parte, nationis omnem per circuitum: Natio tamen inclyta *Anglicana*, aliàs Britannica, in, de & sub se *quinque linguas* habet, videlicet *nationes, quarum una aliam non intelligit*, videlicet *Anglicanam*, quam Anglici & Scoti habent conformem, *Wallicanam*, *Hibernicam*, *Vasconicam, & Cornubicam.* Et sic cum omni jure repræsentare poterit tot nationes, quot lingvas distinctas habet.

Fortissimo etiam *jure* unam nationem principalem quartam aut quintam partem obedientiæ Papalis in Concilio generali & aliis locis repræsentare debet. Præsertim cum *æqualitatem habeat in quantitate & qualitate*, tum in terrarum amplitudine, regnis, ducatibus, comitatibus, baroniis, & aliis dominiis temporalibus, quam etiam Cathedralium, monasteriorum, collegiatarum ac Ecclesiarum parochialium excellentia & multitudine, & aliis, in seipsa natio Anglicana, alias Britannica, absque injuria loquendo, sicut habet per se natio Gallicana.

Præterea, in, de, & sub natione Anglicana aliàs Britannica, sunt octo provinciæ, 110. Diœceses sive Ecclesiæ Cathedrales, & ultra. Et in tota natione Gallicana sunt vix centum & decem diœceses.

Comparatione igitur habita de provinciis ad provincias, de Diœcesibus ad diœceses, unius nationis & alterius, liquebit satis, quod provinciæ & Diœceses cum monasteriis & cathedralibus Ecclesiis parochialibus nationum, Gallicanæ, & Britannicæ, etsi secundum eos non excedant, salva semper comparatione, merito tamen adæquantur.

Prætermittendum non est advertere, quomodo ad inæqualitatem nationum laborant hi scribentes, qui cum natione Anglicana, alias Britannica, & Germanica simul conjunctis, æqualem scribunt & concludunt nationem Gallicanam vocem & auctoritatem in Conciliis generalibus habere: Quæ *dua nationes Anglicana & Germanica, dimidiam partem obedientia Papalis continent in effectu.*

Alia distinctio Ecclesiarum in Europa secundũ quatuor plagas.

In quantum etiam nituntur hi scribentes nationem Anglicanam sive Britannicam propter sui exiguitatem impugnare, à fortiori ratione inducant, nationem Gallicanam propter sui exiguitatem minime posse nationi Italicæ comparari. Cum natio Gallicana habeat in se secundum eos solum CXXXV Diœceses, & natio Italica trecentas & tredecim.

Ex quo patet, quod potius natio Gallicana per Italicam, quam Anglicana per Gallicam in Concilio generali privari debeat voce sua.

In quantum etiam hi scribentes nisi sunt totam obedientiam Papalem in quatuor partes sive nationes dividere principales, non utique in has quatuor, quas ipsi intendunt, videlicet Italicam, Gallicam, Hispanicam & Germanicam dividi deberet: Sed sicut secundum *Albertum Magnum* Europa dividitur in quatuor partes, sive regna principalia, ut superius dicitur, sic oportet totam obedientiam Papalem, quæ in Europa continetur, *in quatuor plagas* sive *nationes*, aliàs Ecclesias, dividi principales, Videlicet in *Orientalem* Ecclesiam, *occidentalem, aquilonarem, & meridionalem*; Orientalis verò plaga sive Ecclesia Christianitatis obedientiæ Papalis in Europa, est, Hungaria, Bohemia, Polonia & Alemania. *Occidentalis* pars sive Ecclesia est Francia & Hispania. Aquilonaris sive Septentrionalis pars s. Ecclesia totius Europæ est Anglia, Wallia, Scotia & Hibernia, cum earum insulis, Daciâ, Swecia & Norwegiâ. *Meridionalis* est Italia, & si qui Græci sunt de obedientia nostra, puta, Cypri & Cretenses in Candia. Secuti etiam dividendo obedientiam Papalem, prout magis naturale est, Anglia in, de, nec sub natione Alemaniæ est.

Hanc divisionem esse perennem & constantem.

In has etiam quatuor partes sive nationes, *secundum quid permanens & immutabile, divisio nationum permanet* super eadem Ecclesia *in Conciliis futuris* perpetuo. Et ita convenientius est obedientiam Papalem per has quatuor partes dividi, quam secundum idiomata, quæ plura sunt quam quatuor, sive regna vel dominia, quæ plura sunt quam quatuor.

Vel *secundum quid aliud mutabile*, secundum excellentiam regnorum in divitiis & potentia, quæ augeri possunt, vel secundum diversas constellationes & politias diminui, vel totaliter extingui.

Denominatio nationum à certis regnis arrogans & invidiosa.

Quia etiam *denominatio nationum à certis regnis est odiosa* aliis regnis. Quia *præjudicialis & ambitiosa*, ut puta, quod illi debeant denominari à Francis seu Gallicis, qui nec Franci nec Gallici sunt, neque sub illis existunt. Et sic de aliis nationibus. Ideo ad hæc odiosa removendum non est aliquid tam obedibile [debite,] nisi *divisio ista per quatuor plagas Europæ.* Ita, quod si denominaretur natio, sive Ecclesia occidentalis, obedientiæ Papalis, tunc sine præjudicio alicujus (Regis) regni, terræ vel dominii, est hæc divisio permanens, semper eadem, immutabilis, & tam necessaria, quod Galli & Hispanici sunt inevitabiliter occidentales, sive repræsentantes Ecclesiam Occidentalem in Europa, nec possunt esse alibi quam ibi.

Denominatio juxta plagas ab invidia aliena.

Conformiter Anglici, Wallici, Hibernici, cùm insulis, & Scoti, Daci, Sweci, & Norwici, necessario sunt

Aqui-

Aquilonares, & Ecclesiam Aquilonarem repræsentantes totius Europæ.

Hungari, Poloni, & Alemani, *Orientales*, & orientalem Ecclesiam repræsentantes.

Italici, Cypri, Cretenses, *Meridionales* sunt & Ecclesiam meridionalem repræsentantes in Europa.

Antiqua in pristinis Concil. usurpata.

Hæc etiam *divisio* secundum prædictas quatuor plagas terræ videtur *olim servata* fuisse *in prioribus conciliis* & aliis locis. Prout in multis passibus scripturæ fit mentio *de Ecclesiâ orientali* & *occidentali*. Et qua ratione admittuntur illæ denominationes, eâdem ratione & istæ denominationes, videlicet *Ecclesia aquilonaris* & *meridionalis*.

Et sic per istam congruentem omni jure permanentem naturalem& immutabilem divisionem nationum, secundum quatuor plagas terræ Europæ, sive quatuor Ecclesias principales ejusdem, naturaliter & inevitabiliter, necessario & immutabiliter fuit, est, & erit natio Anglicana, alias Britannica, sive Aquilonaris prædicta, quarta pars, & una de quatuor nationibus principalibus obedientiæ Papalis in Europâ.

Responsio ad alios scrupulos.

Ad hoc verò quod *Johannes Campani* in Provocatione sive Adpellatione prætensis & frivolis inseruit inter cætera, *quod aliqui Domini Anglici nisi sunt ab auctoritate in Concilio repellere viginti duos Reverendissimos* in Christo Patres & Dominos, D.S.R. Ecclesiæ *Cardinales*, & seipsos, qui non fuerunt nec sunt, tot nec dignitate nec numero, constituere quartam aut quintam partem Concilii generalis. Ex quibus per ipsum *Johannem* recitatis adparet manifeste, quod tam pauci in numero *regni Angliæ*, videlicet *viginti quatuor personæ* constituerunt sibi nationem unam, quam vocârunt & vocari fecerunt & faciunt, nationem Angliæ &c. *Respondetur*, quod duo directe veritati contraria scribit iste *Johannes*.

De suffragiis Cardinalium in Concilio Constant. quid senserint Angli

Quantum *ad primum*, verissimum est, quod nunquam fuit, est, nec erit, intentionis aliquorum Dominorum de natione Anglicanâ, Reverendissimos Patres Dominos *Cardinales ab auctoritate eis de jure competenti in Concilio generali, vel alibi, repellere*, sed eos cum omni reverentiâ & honore tractare, sicut hactenus factum est. Videtur tamen, quod *Domini Cardinales suis vocibus duntaxat, suis in nationibus dandis, quarum sunt supposita, meritò debeant contentari.*

Integram nationem in Cõcilio paucis posse referri personis.

Quantum *ad secundum*. Sicut jus Collegii vel universitatis in una persona vel duabus residere noscitur: Sic in *unâ vel duabus personis jus integræ nationis in Concilio generali, remanere poterit & debebit*. Cum non solum seipsas sed alias innumerabiles personas repræsentent. Et quamvis propter nimiam locorum distantiam mariumque discrimina, natio Anglicana, sicut aliæ nationes, quæ in proximis sunt, respectu ad illam, in tanta copia personarum ad Concilium generale venire de facili non poterunt: *In hoc* tamen Concilio *præsentes fuerunt & sunt de inclytâ natione Anglicanâ*, laudetur Altissimus, *decem Episcopi, duo Electi, duo Protonotarii, septem Abbates, & unus Prior* solennis Ecclesiæ Cathedralis, *in Theologia sedecim Magistri, in Jure Canonico & Civili undecim Doctores, in Theologia, artibus & utroque jure, alii graduati viginti quinque & citra.* Et præter istos sunt *Ecclesiastica persona, Procuratores Prælatorum & Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium* nationis prædictæ, *sexaginta & ultra.* Ac *alii inferiores literati ultra numerum centum.*

De insigni numero magnatũ & eruditorum ex Anglia in Constant. Concilio.

Resp. ad ultimam propositionem disjunctivã Gallorum de Nationibus in Concilio non ferendis.

Ex quibus & aliis patet evidenter, quod *supplicatio* & *requisitio* dictorum Ambassiatorum & Oratorum adversarii Franciæ, *tria membra disjunctim continentes*, superius recitatæ, tanquam frivolæ, frustratoriæ, minùs veræ, & Ecclesiæ universalis unionis turbativæ, de medio tollendæ sunt.

Primò, quia natio Anglicana adveniente natione Hispanica cessare non debet. Cum non sit pars nationis Alemaniæ, ut superius dicitur. Nec dicta natio Anglicana hucusq; divisa fuit à natione Alemaniæ. Quia nunquam una natio fuerunt. Nam sicut omnis privatio habitum, sic divisio unitatem præviam in talibus præsupponit.

Anglos post advẽtum Hispanorum nationem quintam jure constituere.

Nec permissum fuit *ex certa causa, dissimulative*, ut prætendunt sic scribentes, quod natio Anglicana esset natio

usque

usque in adventum Hispanorum, ſaltem permiſſione nationis alicujus. Quia par in parem non habet imperium, nec major in majorem. Sed eadem permiſſione divina, qua aliæ permittuntur fieri & eſſe nationes, permiſſum fuit ut natio eſſet Anglicana, ſicut & alia quæcunque exiſtens in Concilio.

Nec *ſecunda* fient *diſtinctiones nationum*, prout ipſi requirunt. Cum ſit via directa ad ſchiſmatis nutrimentum.

Suffragia in Cōcilio per nationes & non per capita eſſe colligenda.

Nec concedenda eſt *requiſitio tertia*, videlicet quod rediretur ad jus commu- & antiquum, videlicet *ad ſcrutinium ſecundum numerum & capita prælatorum.* Ad quod deducendum ad effectum, ut à ſapientibus creditur, principaliter laborant.

Nam conſiderata mente jurium antiquorum, utilitateque hominum & temporis inſtantis, quibus jura convenire, & ſecundum eorum varietates variare debent & jura, exemplo Dei, qui nonnulla quæ edidit in Veteri Teſtamento, mutavit in Novo, *melius, utilius & rationabilius eſt Concilia generalia per nationes, quam per ſcrutinium dirigi.*

Generalia enim *Concilia diverſis modis*, ut legitur, *celebrata* fuere, nunc uno, nunc alio. In quibusdam verò Conciliis proceſſum licet fuerat per votorum ſcrutinium: Attento, quod jura erant juſta, rationabilia, communia & poſſibilia omnibus: *His diebus* præſertim *rationabile non videtur*, quod innumeroſitas unius plagæ *Prælatorum*, ad modiciſſimas Diœceſes & titulos, *ut alios ſuperarent in Conciliis, adſumtorum*, omnes mundi partes, diverſos modos vivendi & uſus habentes, *ſuæ reducerent in Conciliis voluntati.*

Tempore Conſt. C. Italorum multos eſſe creatos Prælatos, ut numero reliquos votis ſuperaret. Conf. de his Niemius in vita Joh. 23. Vid. ſupr. Tom. II. Part. XV.

Cujus rei & aliorum conſimilium obſervantia *ſchiſma* prout fertur *Græcorum* cauſavit, Eccleſiamque Dei ad ſtatum flebilem, in quo reſidet, jam deduxit.

Ex quibus legis definitio deſtructa foret & obſervantia politiæ. Nihil enim tam firmum eſt, quam quod omnium conſenſu ſtatutum eſt. Aliter leges condere, eſt, fructus in arbore privata radicibus reperire. Quia leges inſtituuntur, cum promulgantur: Sed confirmantur, cum aſſenſu utentium adprobantur. *Omnia ſuis debent convenire temporibus.* Quia jura ex cauſa, loco & tempore, & perſona, conſideranda. Quorum modi quia medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur. Cum ante judicant quam intelligunt, ante inculpant, quam iterato lecta perquirunt.

Leges variāda pro temporū diverſitate.

Ait etiam *Hieronymus*: *Neceſſe eſt, ut juxta diverſitates locorum, temporum & hominum, quibus ſcripta ſunt, diverſas cauſas argumenta & origines habeant.*

Johannes etiam Evangeliſta in Apocalypſi ſua ſeptem ſcribens Eccleſiis, in unaquaque earum vel ſpecialia reprehendit vel virtutes probat.

Ita Doctor gentium per ſingulas Eccleſias vulneribus medetur illatis. Nec ad inſtar imperiti medici uno collirio oculos omnium vult curare. Nam ſic in Eccleſia agendum eſt, ut mederi poſſit hoc tempore vulneribus illatis.

Varia argumenta pro modo ſuffragia quærendi in Cōcilio per Nationes & non per capita

Procedere ergo *per nationes* juxta decretum & uſum Concilii, *magis appropriatur*, ut videtur, *via Spiritus Sancti*, quam procedere per ſcrutinium. *Quæ via ſcrutinii magis eſt intricabilis, periculoſa & anfractibus involuta.*

Legitur in libro *Numerorum*, quod quando Dominus præcepit Moſi, ut mitteret viros de ſingulis tribubus, ad conſiderandum terram Chanaan, quam 1.
Dominus daturus fuerat illis: Ille de unaquaque tribu unum tantum miſit 2.
ad conſiderandum terram illam, non obſtante quod plura capita erant in una tribu quam in alia.

Item *jure Canonico*, in præſentatione 3.
plurium Patronorum, quæ *electio* nominatur, voces dabantur *per ſtirpes*, & *non per capita.* Licet plures fuerint de una ſtirpe quam de alia.

Item, *de jure civili*, *ſucceſſio* ex in- 4.
æqualibus partibus æqualiter tranſit in hæredes.

Item ſtatutis & uſibus *univerſitatum* 5.
quamplurium & civitatum in arduis decidendis conſideratur *numerus facultatum* ſive artium, & *non perſonarum* numerus earundem.

Sic conformiter *nationes in Concilio* 6.
gene-

generali aequaliter considerandæ sunt, & *æquale jus habet* quælibet natio; *licet plura sint supposita in unâ quàm in aliâ*; cum non seipsos tantum, sed innumerabiles alios repræsentent, prout superius est dictum.

Conclusio Apologiæ. Ex præmissis igitur & aliis quampluri-mis scripturis autenticis clarè constat, ac constare potuit luculenter, quod *natio inclyta Anglicana*, aliàs Britannica, tam ratione pluralitatis sedium Episcopalium, Ecclesiarumque collegiatarum & Parochialium, nec non Monasteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum piorum, quàm etiam præeminentiæ, dignitatis, honoris & amplitudinis regnorum & aliorum Dominiorum, multitudinisque innumerosæ cleri & populi existentium in eâdem, *meritò repræsentare debeat & habere in Concilio generali tantæ auctoritatis vocem, sicut quævis alia natio.*

Anglos parem auctoritatem & par jus voti in Concilio habere ac alia nationes habeant.

Hujusque auctoritatis vocem *in quibusdam Conciliis præteritis*, quibus interat, *repræsentavit* & habuit, prout de jure repræsentare & habere debuerat atque debet, sive per nationem, sive alio modo processum fuerat in eisdem.

Praxis in præteritis Conciliis.

Sicut etiam *repræsentavit* & habuit, repræsentat & habet *in hoc sacro generali Concilio Constantiensi, & singulis actis sive gestis in eodem*, gerendisque in ipso, *ac aliis generalibus futuris Conciliis* per Dei gratiam repræsentare & *habere intendit.*

Jus in futuris Conciliis.

Non obstantibus quibuscunque protestationibus, provocationibus, & adpellationibus frivolis & ineptis, per Ambassiatores & Procuratores se dicentes adversarii Franciæ factis & interpositis.

Propter quod omnes & singuli protestantes, provocantes & adpellantes, etiam in impedimentum Concilii, ac eorum adhærentes, & fautores, tanquam *turbatores* (*& impeditores*) sanctæ unionis sanctæ matris Ecclesiæ, juxta præsentis Concilii constitutiones & decreta, ac alias legitimas sanctiones, omnino *puniri debeant*, & maximè in exemplum aliorum. Cum *ordinem procedendi in Concilio generali datum & observatum de consensu omnium in eodem existentium, tacito vel expresso*, nullus est in mundo princeps, qui interrumpere poterit, vel immutare, absque notâ perturbationis & impeditionis sacræ Synodi, ac gestorum & gerendorum in eâdem. Cum in hoc casu princeps quisquam nullum omninò habeat aut prætendere poterit quomodolibet interesse.

Ordinem procedendi in Const. Concilio diu servatum, salvum semper retinendum esse.

Et quia *pro unione*, in Ecclesiâ Deo ipso favente *consequenda*, *extirpatione hæresium & errorum*, nec non *reformatione Ecclesiæ in capite & in membris*, per dictum illustrissimum Dominum nostrum Regem ac Ecclesiam Anglicanam aliàs Britannicam *solummodo & non pro aliis missi sumus*: *Protestamur*, & ex superabundanti palàm & publicè in his scriptis, & propter provocationem & adpellationem seu protestationes adversariorum, quas notoriè inanes & manifestè frivolas reputamus, ac per aliqua, per nos dicta vel dicenda, proposita vel proponenda, de aut super statu nationis inclytæ Anglicanæ, alias Britannicæ, seu *ejus jure*, quod in Conciliis generalibus habere debet, vel *juris possessione*, vel quasi, quæ omnia & singula penes nos indubitata habemus, judicium cum quocunque & præsertim cum prædictis Ambasitoribus prætensis adversarii Franciæ, qui nullum in hàc parte interesse habet vel de jure habere potest, nullo modo subire intendimus. Nec super his tanquam super notoriis & manifestis aliqualiter disceptare.

Tria Const. Concilii negotia.

Protestamur insuper de addendo, diminuendo, declarando, mutando, corrigendo, interpretando, & emendando, in omnibus & singulis præmissorum, prout opus fuerit, locis & temporibus opportunis.

Advisamenta
De commoda divisione orbis Christiani in Concilio secundum quatuor terræ plagas.
Ex Roberti Wingfeld Equitis Angli recensione ex codice MSC. Constantiensi.

h. tit.

Placeat ex isto avisari contra illos, qui laborant contra adsumtionem quintæ nationis in hoc sacro Concilio &c.

SI tota Christianitas debet utique dividi in quatuor nationes, prout illi volunt, hoc non esset in has quatuor quas ipsi intendunt, videlicet Italicam, Gallicam, Hispanicam, & Germanicam: imò oporteret tunc mundus dividi in quatuor, *secundùm quatuor plagas terræ*, videlicet in *nationem* vel Ecclesiam *Orientalem & Occidentalem*, Ecclesiam *aquilonarem*, & *meridionalem*.

Et sic dividendo, tunc adhuc Anglia non esset de eâdem natione cum Germanis, ad quod tamen ipsi laborant.

Hoc sic probatur. Quia ex quo *sola Europa modo est Christiana*, tunc ejus divisio secundùm quatuor plagas terræ satis patet. Nam *orientalis* pars Christianitatis in Europâ, est Hungaria, Polonia, Bohemia, Alemania. Occidentalis pars utique est Francia & Hispania. Meridionalis pars est Italia, & si qui sint Græci de obedientiâ nostrâ, puta Cypri & Cretenses in Candiâ. Aquilonaris pars respectu totius Europæ necessariò erit Anglia, Dacia, Swecia, Norwegia, Scotia, & Hibernia. Unde sex regna, vel septem.

Ista omnia probantur inferiùs.

CONCLUSIO. *Christianitas in Europâ non potest convenientiùs dividi in quatuor nationes*, quàm *secundùm quatuor plagas terræ.*

Probatur hoc sic. Quod si sic, vel hoc esset *secundùm idiomata*, vel *secundùm regna* vel Dominia, sive *secundùm excellentiam Regnorum* in divitiis, potentiâ, &c. Vel *secundùm aliquid aliud.*

Non potest fieri *secundùm Idiomata.* Quia illa sunt plura quàm quatuor.

Nec *secundùm regna*, simili ratione. Quia illarum plura sunt quàm quatuor, quorum tamen nullum alteri dominatur, aut præsidet, neque de jure, neque de facto.

Nec talis divisio convenienter fit *secundùm excellentiam regnorum* in divitiis, in potentia &c. Probatur. Quia nationes debent dividi secundùm aliquid permanens, & immutabile, ita quod divisio nationum maneret semper eadem, etiam in Conciliis adfuturis per centum annos, & ultra. Sed ista excellentia est valde mutabilis, secundùm quod unum regnum aliquando descendit, & alterum adscendit, secundùm constellationes, vel secundum bonas politias, vel etiam secundùm quod Deo placet, per quem Reges regnant &c. Nonne regnum Norwegiæ sæpe domuerat Franciam, & nunquam contra, & vincendo illic terras & Dominia? ut patet de Normanniâ. Regnum Daciæ habuit Angliam sibi subjectam. Gothi & Sweci per longissima tempora domuerunt totam Christianitatem, non solùm Alemaniam, sed Italiam, & Hispaniam. Hungarorum prosperitas nota fuit, tunc alia regna jacuerunt, & ista steterunt, vincentes ubique quocunque se verterunt. Et ergo, secundùm etiam excellentiam divitiarum, potentiæ, & prosperitatis, nequaquam est conveniens divisio nationum.

Nec est *aliquid aliud* dabile, secundùm quod divisio ista convenientiùs fiat, quàm secundùm quatuor plagas terræ, Ergo &c.

Item, talis *denominatio nationum à certis regnis est odiosa aliis regnis.* Quia præjudicialis, & ambitiosa. Puta, quod illi debeant denominari à Francis, qui non sunt

sunt Franci, neque sub Francis: Illi ab Anglicis qui non sunt sub Anglicis: Et ita de Alemaniis, & aliis simili modo. Videlicet, Hungari, Poloni, Bohemi, non recognoscunt Alemannos esse Dominos suos. Et ergo odiosum est eis & præjudiciale, si debent ab Alemanis denominari. Quando *Scoti* venient, tunc ipsi nolunt esse de natione Anglicanâ, propter istam denominationem. Sed si denominaretur *natio Aquilonaris*, tunc ipsi non possunt alibi esse quàm ibi.

Sic etiam credendum est de Hispanis, quia noluerunt esse cum Gallicis propter istam denominationem. Sed si fuisset *natio* dicta *Occidentalis*, tunc non stetisset in voluntate ipsorum. Imò ipsi sunt necessariò Occidentales.

Denominando etiam nationes à quatuor plagis terræ, nulli regno est præjudiciale, & est *divisio permanens*, semper eadem immutabiliter, & causa necessaria. Quid velint nolint Franci & Hispani, ipsi necessariò sunt Occidentales in Europâ: Anglici, Daci, Svveci, Norwici, Scoti, & Yberi, necessariò Aquilonares. Sic quoque convenientior est divisio nationum secundùm quatuor plagas, quàm secundùm certa regna propter quamcunque excellentiam. *Sic etiam cessaret contentio* de majoritate Altercantium, & protestationes penitùs tollerentur.

Præterea *talis divisio secundùm plagas terræ, videtur olim fuisse servata in prioribus Conciliis*. Qualiter multis locis Scripturæ fit mentio de Ecclesiâ Orientali, & Occidentali. Et qua ratione admittuntur illæ denominationes, eadem ratione & istæ denominationes, videlicet *Ecclesia Aquilonaris & Meridionalis*.

Cæterùm si hæc divisio non fuerit acceptata, ibunt singula regna in singulas nationes. Nec hoc videtur mihi inconvenientius.

Avisetur ergo *Dominus Rex* de ista divisione Nationum.

TOM. V. PARS IV.

De celebritate Congregationum ac Sessionum publicarum.

NOn satis erat Concilio, universum orbem in Concilio pro ratione suffragiorum distribuisse in quinque nationes. Opus erat frequentibus consultationibus, quæ cum in singulis nationibus seorsim, tum in omnibus simul coadunatis sunt institutæ, publice privatimque. Quo fine singularum *nationum* singulis mensibus electi *Præsides*, qui congregationibus omnibus præessent. Quo de *Theodericus Vrie in Histor. Concilii Constant.* scite disseruit. Deque *modis* suffragia colligendi, sententiamque vel singularum vel omnium nationum indagandi, & ad publicum Concilii calculum deducendi, plus simplici vice, non solum Johanne Papa præsente, sed & deinceps, in Concilio actum, uti ex superiori *Decretorum corpore* liquet; Ordinis quippe amantissimi tenacissimique Concilii Patres.

In permultis, tantum non plerisque congregationibus nationis germanicæ, nec non generalibus, ipsisq; sessionibus publicis, *Augustissimus Imperator Sigismundus*, multis stipatus Principibus, interfuit. Quod magnum Concilii decus. Peculiaris etiam cujusvis *publicæ Sessionis inauguratio* ingentem rebus definiendis conciliavit dignitatem. Ita ut *Constantiensis Concilii decor*, in Basiliensi Concilio, in publicis Sessionibus, ex asse adsciseretur, idemque plane ordo adhiberetur. Id quod in variis *MSCtis Actorum Concilii Basiliensis* in Constantiensis Concilii memoriam sedulo annotatum, hoc fit.

Tit. in MSCtis.

Modus observandus in publica Sessione (in Erf. in Sessionibus) Conciliorum generalium, Practicatus & observatus in Concilio Generali Constantiensi.

PRimo, in loco ubi tenetur Sessio, celebrabitur solennis *Missa* de Spiritu S. quocunque tempore, *per Cardinales*, vel *alium Prælatum*, ad hoc deputatum.

In MSC. Vind. & Erfurt.

Quâ Missâ durante, omnes *prælati* suis habitibus consuetis sunt induti, & *sedent* in loco dictæ sessionis, secundum suas dignitates & prærogativas.

Prædicta autem Missa finitâ, omnes *Prælati* in eâdem Sessione existentes, *induunt se pluvialibus*, & habent mitras albas: Solo *Præsidente* vel Celebrante in Concilio excepto, qui habet mitram aut phrygiatam & gemmatam (in Erf. aurificatam) ac nobiliter ornatam.

Qui quidem *præsidens*, vel celebrans *associatus Diacono & Subdiacono*, ac aliis multis in habitibus Ecclesiasticis, *sedet in cathedra*, in medio chori, habens dorsum ad altare, & vultum ad alios prælatos.

Prælatis igitur sic indutis & ornatis, *Cantores* cantant *Antiphonam: Exaudi nos, Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice nos Domine.* Versus: *Salvum me fac Domine, quoniam intraverunt aquæ usq, ad animam meam. Gloria Patri & Filio & Spiritui S.*

Qua antiphona cantata, *Diaconus* clamat altâ voce: ORATE.

Quo dicto, omnes *Prælati flectunt genua*, & per aliquod intervallum orant sub silentio secundum devotiones suas.

Et postquam in illa devotione sub oratione per aliquod competens intervallum steterunt, idem *Diaconus* iterum clamat alta voce: *Erigite vos.*

Et tunc omnibus Prælatis surgentibus, & stantibus erectis, ipse *Præsidens* vel celebrans, etiam erectus, etiam hanc dicit orationem alta voce: *Oremus.*

ORATIO: *Adsumus Domine sancte spiritus, adsumus, peccati quidem immanitate detenti, sed in tuo nomine specialiter congregati. Veni ad nos, & esto nobiscum, & dignare illabi cordibus nostris, & doce nos quid agamus, quo gradiamur, & ostende quid efficere debeamus, ut te auxiliante tibi in omnibus complacere valeamus. Esto salus, suggestor & effector judiciorum nostrorum, qui solus cum Deo & ejus filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse justitia, qui summam diligis æquitatem. Non in sinistram nos ignorantia trahat, non favor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrumpat: sed junge nos efficaciter solius gratia tua dono, ut simus in te unum, & in nullo deviemus à vero, quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut hic à te non dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis consequamur præmia sempiterna. Amen.*

Prædicta verò oratione finita, Cantores Concilii incipiunt Antiphonam; *Exaudi nos Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum &c.* (Salvum me fac &c. Gloria Patri, &c.) ut supra.

Qua Antiphona cantata, omnes (ut præmissum est) flexis genibus *orant.*

Et facto parvo intervallo, *Diaconus* iterum dicit alta voce: *Erigite vos.*

Tunc omnibus erectis, *Præsidens* vel celebrans dicit iterum hanc Orationem: *Oremus.* ORATIO. *Mentibus nostris, quæsumus Domine, Spiritum S. benignus infunde, quatenus in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis justitiam, ut hic à te in nullo dissentiat voluntas nostra, sed semper honorabilia meditantes, quæ tibi sunt placita, exequamur in factis. Per Dominum &c.*

Quibus sic peractis, omnes flectunt genua, & *Diaconus & Subdiaconus*, vel alii *duo* ad hoc deputati, *ante altare stantes*, incipiunt *Litaniam*, Cantoribus & aliis respondentibus.

Et quando venitur ad illum locum: *Ut Dominum Apostolicum*, Præsidens vel Celebrans, qui cum aliis stabat flexis genibus, à genuflexione surgit: Et vertens se ad congregationem (populum) & *dando benedictionem*, cantando ter dicit: *Ut hanc sanctam synodum & omnes gradus Ecclesiasticos benedicere, regere, &*

re, & conservare digneris: Cantoribus respondentibus qualibet vice prædicta, *Te rogamus, audi nos.*

Completa vero Letania, *Præsidens* vel celebrans dicit: *Oremus.*

Quo dicto, *Diaconus* dicit: *Flectamus genua:* Et *Subdiaconus* dicit, *Levate.*

Deinde Celebrans hanc dicit Orationem: *Da quæsumus, Ecclesiæ tuæ misericors Deus, ut Spiritu S. congregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per Dominum nostrum* &c.

His vero completis, *Diaconus* habens librum, supra pulpitum, inter altare & celebrantem(præsidentem)dispositum, accensis duobus cereis circa ipsum pulpitum, incipit Evangelium, (in Erf. cum luminaribus & incenso legat Evangelium:) *Vos estis sal terræ*, vel quod ad legendum sibi est ordinatum.

Quo Evangelio perlecto, Celebrans (præsidens) primo facit *collationem*, exhortando omnes & singulos ad solicitam meditationem & curam Dei, & super omnibus causis, propter quas SS. Synodus est congregata.

Deinde flexis genibus,incipit alta voce hymnum: *Veni Creator Spiritus.* Quem hymnum cantant alternatim, existentes in sessione cum Cantoribus.

Quo hymno solenniter & devote decantato, (in Erf. Quo finito) duo Clerici induti superpelliciis & adstantes Præsidenti, dicunt versiculum: (In Erfurt. duo pueri cum candelis circa altare, dicunt:) *Emitte spiritum tuum,& creabuntur.*

Et cantores respondent: *Et renovabis faciem terræ.*

Postea Celebrans præsidens hanc dicit Orationem: *Oremus: Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere & de ejus semper consolatione gaudere.* Per *Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus S. Deus, per omnia secula seculorum. Amen.*

Postmodum duo prædicti (in Erf. pueri seu) Clerici, vel Diaconus, & subdiaconus dicunt: *Benedicamus Domino.* Et adstantes respondent, *Deo gratias.*

His autem omnibus completis, idem *Præsidens* vel Celebrans & omnes alii *Prælati sedent*,& ponunt mitras in capitibus suis.

Et tunc unus Prælatorum ad hoc *deputatus legit decreta*, in illa sessione expedienda.

Et in eodem ambone cum dicto Prælato legente ipsa Decreta, erant *præsidentes nationum tempore Concilii Constantiensis*, & respondebat quilibet præsidens, *Placet*, pro natione sua. Præsidens verò generalis in dicta sessione,respondebat etiam, *Placet*,pro natione sua. Præsidens verò generalis in dicta sessione, respondebat etiam, *Placet*, etiam pro sacro Concilio & Collegio generali coram notariis publicis Concilii, qui ad hoc singulariter requiruntur,ut talia in publicis instrumentis conscribant, ad perpetuam rei memoriam.

Decretis verò perlectis, & responso, *Placet*, & dicto, *Te Deum laudamus*, cum *Oratione de Spiritu S.* omnes depositis pluvialibus & mitris, resumunt habitus suos consuetos, & recedunt.

BRevius descriptæ illæ solennes in Constantiensis Concilii Sessionibus ceremoniæ in *MSC. Vindob. Elstrav.*

In MSC. Vind. Elstr. Sessiones ita celebrari consueverunt.

Primo cantatur Missa de Spiritu S. vel de Beata Virgine.

Posthæc cantatur introitus: *Exaudi nos Domine*, ut in Letaniis.

Deinde legitur letania more solito, flexis genibus, annectendo quasdam Collectas.

Et deinde legitur Evangelium, *Dominus*, per aliquem Diaconum.

Et post hæc canitur *Veni Creator spiritus:*

Deinde pronunciantur deliberata & conclusa in nationibus. Et respondet Sancta Synodus, *placet*,

TOM. V. PARS V.

Solennes Virorum Illustrium Orationes varii argumenti,
in publica Concilii Const. Panegyri recitatæ.

NOn postrema celebritatis Concilii pars, *Orationum publicarum* frequentissimus ac venerabilis apparatus. Siquidem in exordiis Sessionum publicarum vel aliis diebus solennibus, à magnis ac eruditis viris, Regumque ac Principum legatis, ArchiEpiscopis, Episcopis, & Doctoribus, sermones gravissimi ponderosissimique habiti. Qui rerum pondere, affectus vi ac vehementiâ, religionis zelo, nullis in orbe literato cedant scriptis.

Quibus imprimis summa *reformationis Ecclesiasticæ necessitas* atque inexplicabilia commoda Concilio exposita atque inculcata. Ut horum Oratorum perillustrium frontem oculosque intueri, sermonesque dictos legere, sit flagrantissima & amore in publicam rem plenissima pectora coram intimeque inspicere. Cujus generis Sermones complusculos, lectu dignissimos *ex MSCtis* recensuimus supra *Tomo I.* Similisque argumenti *permultos* hic recensere animus erat, nisi temporis brevitas & laboris cumulus hac vice jussissent differre. Quos proinde *magno numero* ex præclaris *antiquis MSCtis*, vel in resuscitato hoc Opere, vel separatim, suo dabimus tempore.

Solennes ad Cæsarem Sigismundum ac Pontificem Johannem, nec non ad Concilium universum, dictos sermones *de pace ac unione Ecclesiæ*, deque optimo cessionis remedio, adveximus *Tomo II.* Sicut & in supplicia Hussi & Hieronymi, *Tomo III.* accersivimus.

In exequiis Cardinalis Zabarellæ Parentationes *orationesve funebres* dedimus *Tom. I.*

Præclarissimam Inauguralem Electionis Papalis, exhibuimus *Tom. I.*

Restarent nunc, præter *Reformatorias*, *Gersoniana* & *Alliacena* orationes Constantienses, varii argumenti. Quas cum videre in illorum *Operibus* licet, hic itidem dissimulamus.

Sermones de rebus Johannis Parvi, ultro citroque in Concilio recitatos, dabimus alias in peculiari *Opere rerum Johannis Parvi ineditarum.*

Ut autem aliquos & hic audiamus Oratores Constantienses, *Abbates* accedant & *Episcopi* venerabiles, Regiique Legati,

MANFREDI DE LA CRUCE
Decretorum Doctoris, Abbatis S. Ambrosii Mediolanensis, PHILIPPI MARIÆ Ducis Mediolanensis ad Const. Concilium Legati, *ORATIO*

Habita in Constantiensi Concilio *A. MCCCC XV. d.* 18. *Feb.* ad Sigismundum Romanorum Imperatorem. Qua Dux Mediolanensis se Cæsaris Sigismundi Vasallum ac subditum publice agnovit, Cæsarisque Imperio se submisit.

Ex Codice MSCto Academiæ Lipsiensis.

In MSC. Lips.

S*Erenissime Princeps, Dei gratia ROMANORUM Domine REX*, &c. *semper Auguste.*

Docet efficax rerum magistra experientia, insinuatque clare scriptura, fore debitum, & de more, quod, cum à Deo, bonorum omnium justo & vero datore, aliquis datur in *Patrem, Dominum & Superiorem: Boni filii* cum omni reverentia & devotione illum in suum recipiant patrem dilectissimum: *Fideles servi* cum omni gaudio & fidelitate recognoscant in Dominum metuendum: *Obedientesque subditi* cum omni humilitate tractent ut suum Superiorem honorandissimum.

Isti sunt illi *boni filii*, de quibus scriptum est in Evangelio: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, Joh.* I.

Isti sunt illi *fideles servi*, quibus scribit Apostolus dicens: *Accipite illum cum omni gaudio, & hujusmodi in honore habete. Philipp. II.* Quicunque sub jugo sunt servi, Dominos suos omni honore dignos arbitrentur, *I. Tim. VI.*

Isti sunt illi *obedientes subditi*, quibus S. Scriptura præcipiendo loquitur dicens: *Regem honorificate, servi, subditi estote in omni timore Dominis vestris, I. Pet. II.* Filius honorat patrem, & servus Dominum suū.

Verum, quia pater & filius, Dominus & servus, superior & subditus, sunt adeò *correlativa*, quod uno posito necesse est ut ponatur reliqvum: Et ideo naturali vicissitudine *bonus pater* tenetur diligere *filium* suum: Unde cœlestis & summus *pater* de filio suo legitur dixisse: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Matth. III.*

Clemens & *pius Dominus* benigne tractat *servum* suum, juxta illud: *Servus fidelis sit tibi quasi anima tua, Ecl. XLI.*

Justique & *recti Domini* & Superiores *subditis* suis tam pie quam juste ministrant justitiam, clementiam, & æquitatem. Isti sunt illi Domini, quibus scribit Apostolus dicens: *Domini, quod justum est & æquum, præstate servis, Coloss. III.*

Hæc omnia scriptura divina considerat. Primo enim consideravit, quomodo jam diu & retroactis temporibus, peccatis hominum exigentibus, forinsecis & partialibus odiis, rapinis rapacibus, & asperis guerrarum furoribus, maxime *in Italia* miseranda orientibus, *populus Christianus* fuit in tantum *tribulatus*, conquassatus, laceratus & afflictus, quod dici poterant & referri verba Doctoris eximii *Hieronymi*, in *epistola* sua *ad Elleodorum Episcopum* sic scribentis: *Peccatis nostris barbari fortes sunt, nostris vitiis Romanorum superatur exercitus.* Et *quasi hoc non sufficeret cladibus, plus pene bella civilia quàm hostium mucro consumsit.*

Infelices nos, qui tantum displicemus Deo, ut per rabiem barbarorum illa ira in nos desaviat. Viginti & eo amplius anni sunt, quibus Romanus sangvis effunditur. Quot matronæ raptæ sunt, quot virgines violatæ, quot ingenua nobiliaque corpora his bellis fuerunt ludibrio? Capti Episcopi, interfecti presbyteri, diversa clericorum officia destituta, subversa Ecclesiæ, & juxta altaria Christi stabulati equi, martyrum effossa reliquiæ, ubique luctus, ubique gemitus, & plurima mortis imago. Romanus ruit orbis.

Attamen cervix nostra erecta non flectitur. Felix, qui ista non vidit, felix, qui non audivit. Nos miseri, qui aut patimur, aut fratres nostros tanta patientes prospicimus: Non amputamus causas morbi, ut morbus auferatur à nobis. Hæc Hieronymus.

Et ideo populus Christianus sic tribulatus, laceratus & afflictus, *peccatum suum & causas morbi dolenter agnoscit*, suis

fis ad Deum devotis lacrymis oravit, dicens: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam, & multum lava me ab injustitia mea, & a delicto meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meum contra me est semper*, Pf. 51. *Deus repulisti nos, & destruxisti nos, da nobis auxilium de tribulatione* Pf. 59. *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.* Pf. 56. *Domine, salva nos, perimus*, Matth. VII.

Ad has pias & devotas *supplicationes afflicti populi Christiani* conditor rerum æternus, cujus pietas, cujus immensa clementia, cujusve inexplicabilis misericordia mensuram non recipiunt, & qui, si iratus fuerit, miseretur & parcit, juxta illud Psalmi: *Iratus est, & misertus est nobis*, Psalmo allegato: De cœlo respexit, & misericordiæ recordatus est.

Sigismundus à Deo Imperator constitutus, ut pacem redderet.

Quia pro pace cunctis optata populis, pro tranquillitate pariter & *quiete populi Christiani*, ad Romanorum sublime & celeberrimum regnum, atque sacrum orbis imperium misit, transtulit & promovit personam Vestram sanctissimam, toti mundo gratissimam & acceptam, quæ radio splendoris æterni vallata, sua virtute inconcussa procul abjectis operibus tenebrarum, lucem clarissimam, pacem & quietem jucundam dabit populo Christiano.

Unde merito dici potest: *Habitantibus in regione umbra mortis, lux orta est eis*, Es. XXVI. *Redemtionem misit Dominus populo suo*, Pf. CX.

Et ideo *Serenissime Princeps* & Domine, *Rex invictissime*, præmissis diligenter attentis atque consideratis, *Illustris Princeps* & Dominus noster, *Dominus PHILIPPUS MARIA, Vicecomes Anglus, Dux Mediolani, Papia Angleriaq; comes*, tanquam bonus & *devotissimus filius, tanquam fidelissimus servus, servitor atq;* vasallus, tanquam humilis & obediens *subditus vestra regia atq; sanctissima imperialis majestatis*, principaliter quatuor facit.

Primo enim *coram vestra sanctissima regia & imperiali majestate* mente & corpore se prosternens, cum omni reverentia & devotione *vos* affectuosissime recipit & *recognoscit in verum, justum, & indubitatum Romanorum Regem semper Augustum*, in suum *patrem* dilectissimum, & *Dominum* semper metuendum, atque *Superiorem* suum semper honorandissimum. Dicens cum scriptura divina, mente devota: *Ego servus tuus sum.*

Quæ fuerunt primo *vestra regia atq; sanctissima imperiali majestati* proposita. In quibus quidem verbis *duo* breviter denotantur.

Primo enim notatur *vestra regia & imperialis dignitas*, seu potestas sublimis & alta, orbis universi gubernatoria. Et hoc, cum in verbis præmissis dicitur: *Domine.*

Secundo notatur vestri devoti filii & fidelissimi servi, servitoris & *vasalli, humilitas*, immensa dilectionis, fidelitatis & obedientiæ demonstrativa sinceritas: Cum subditur, *Ego servus tuus sum.*

Dico igitur primo, quod in verbis præmissis notatur vestra *regia & imperialis potestas*, seu dignitas orbis universi gubernativa, cum dicit, *Domine.*

Quod vestra regia & *imperialis dignitas* seu potestas sit *sublimis & alta*, ex eo probatur: Quia cœlestis & summus Rex omnium Regum, Dominus noster Jesus Christus, vocari voluit *Dominus*, cum Apostolis & Discipulis suis dixit: *Vos vocatis me Magister & Domine, & bene dicitis, sum etenim*, Joh. XIII.

Quod sit orbis *universi gubernativa*, probat veritas Evangelica, ubi legitur: *Exiit edictum à Casare Augusto, ut describeretur universus orbis*, Luc. II. Evangelium quoque Johannis, qui sub grandi & mirabili aquila figuratur, dicit: *Non habemus Regem nisi Casarem*, Joh. XIX.

Vos enim estis ille *Rex semper Augustus*, de quo scribitur: *Rex unus erit omnibus imperans*, Ezech. XXXIV.

Dicebam etiam, quod in verbis præmissis notetur vestri devotissimi filii, fidelissimique servitoris & *vasalli, humilitas immensa*, dilectionis, fidelitatis & obedientiæ demonstrativa, cum subditur: *Ergo servus tuus sum.*

Bonus enim *filius* & fidelis *servus* seu *vasallus* inter cæteras *tres debet* habere *virtutes*.

Pri-

Primo enim debet habere *humilitatem in officio.* Unde dicebat Psalmista: *Vide humilitatem meam.* Et alibi: *Humiliatus sum usquequaq;, Domine vivifica me.*

Secundo debet habere *fidelitatem in servitio*, juxta id, quod scribitur: *Esto fidelis usque ad mortem.*

Tertio debet habere *obedientiam efficacem*, juxta illud Evangelii: *Si diligitis me, mandata mea servate.* Joh. XI.

Subsequenter vero vester devotissimus filius, atque fidelissimus servus, servitor & vasallus, *Illustris Princeps, Dominus Philippus Maria, verus Dux Mediolani*, considerans & attendens, quod bonarum mentium est, ibi timere culpas, ubi culpa minime reperitur, si quid forte per ignorantiam, innocentiam, vel aliquam sinistram seu falsam suggestionem commisit vel omisit, quod auribus vestræ regiæ atque sacratissimæ Imperialis majestatis displicuerit, cum omni devotione atque humilitate postulat remissionem, dicens cum Psalmista: *Delicta Domine remove, & ignorantias meas ne memineris Domine.* Ps. XXIIII.

Secundo præfatus servus, servitor & vasallus vestræ sacratissimæ majestatis, *de vestra cunctis salutifera provisione* divinitus ordinata, omnipotenti Deo cum devota cordis affectione refert omnes, quas potest, gratiarum actiones, dicens cum scriptura divina: *Benedictus Dominus Deus, quia visitavit, & fecit redemtionem plebi suæ Israel*; Repletusque omni jubilo mentis suæ lætatur, & gaudet, dicens: *Hac est dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Rex, in æternum vive.* Jer. XI. *Tu es Dominus meus* Gen. XIV.

Et nonsolum præfatus vester devotus filius, & fidelis servitor, sed *tota Lombardia*, præcipue civitas inclyta *Mediolanum*, lætitia inexplicabili est repleta. Omnes ibidem utriusque sexus & ætatis cujuscunque, quasi divinitus inspirati, sperantes amodo sublatis odiis & guerrarum furoribus jucunda tranquillitate & frui pace gaudent, & una voce proclamant dicentes: *Benedictus qui venit in nomine Dni* Joh. XII. *Lætentur & exultent gentes quoniam judicabis populos in æquitati & gentes in terra diriges.* Ps. LXVI.

Valde mirabilis Domine facies tua, plena est gratiarum Esteræ XVI. *Dabis nobis pacem quia in te speravimus.* Es. XXVI.

Tertio vero præfatus devotus filius, fidelissimusque servitor, servus & vasallus, Dominus *Philippus Maria, Dux Mediolani*, considerans & attendens, quod juxta doctrinam Apostoli probatio dilectionis est exhibitio operum, se ipsum & omnia, quæ habet, scit, & potest facere, *libere offert ad qualibet mandata vestra sacratissima majestatis*, dicens cum scriptura divina: *Inclinavi cor meum ad justificationes tuas. Qui contradixerit ori tuo & non obediverit cunctis sermonibus, quos præceperis, moriatur.* Jos. XXVI.

Quarto & ultimo, præfatus vestræ sacratissimæ Majestatis devotus filius, atque servus, servitor atque vasallus fidelissimus, Illustris Princeps, Dominus *Philippus Maria, Dux Mediolanensis*, adeo sperat in vestra sacratissima majestate, quod merito dicere potest, & dicit cum scriptura divina: *In te, Domine, speravi, non confundar in æternum.* Ps. XX.

Et ideo firma spe certaque fiducia in mente sua conceptis, se ipsum omnesque suos & sua confidenter & cordialiter recommendando majestati vestræ sacratissimæ, recordatur, & ad vestri memoriam pro *præsentis actus* vera conclusione reverenter deducit, quatuor sacræ scripturæ autoritates, quarum prima est talis: *In conspectu tuo sunt omnes tribulantes me.* Secunda est hæc: *Justus es Domine & rectum judicium tuum.* Unde tertia talis est: *Non habitabit juxta te malignus, neq; permanebunt injusti ante oculos tuos. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Quartam vero & ultimam ponit *Augustinus lib. 1. Soliloquiorum*, dicens ad literam: *Jam te solum amo, te solum sequor, te solum quæro, tibi soli servire paratus sum, quia tu juste dominaris, tui juris esse cupio. Jube quæso, atq; impera, quicquid vis: omnia me spero, quæ jusseris, esse facturum. Recipe me tuum, clementissime Domine.*

Quam quidem clementiam, & vestram sanctissimam majestatem, ille feliciter servare dignetur, qui est benedictus in secula seculorum. Amen!

JACOBI, Episcopi Laudensis
ORATIO
in Exequiis Cardinalis Barensis
in Constantiensi Concilio
A.1416. tempore Quadragesimali habita
De honesta Ecclesiasticorum vita.
Ex antiquissimo Codice MSCto
Cæsareo Vindobonensi
Act. C.C. Parte IV. f. 204.
h. t.

Sermo bonus Episcopi Laudensis, quem fecit in Exequiis Cardinalis Barensis.

In MSC. Vind. Dorr.

D*Ispone domui tuæ, quia morieris tu & non vives*, scribitur *Es.* 38. & IV. *Reg.* xx. & *in epistola præsentis diei*, quæ de dicto capitulo Esaiæ est extracta.

Reverendissimi Fratres. Ad eligendum ex præmissis verbis aliqua, quæ sint ad laudem & ad gloriam omnipotentis Dei, suæ dignissimæ matris Mariæ, sanctorum Apostolorum, totius cœlestis curiæ, nec non ad nostram ædificationem, emendationem & correctionem, indigeo speciali assistentia divinæ bonitatis. Quam ut assequi merear, ejusdem Dei genitricis Mariæ precibus, dicamus singuli cum devotione: *Ave Maria.*

Dispone *domui tuæ, quia morieris tu, & non vives*, scribitur, ubi supra. Hæc verba Esaias Propheta de mandato Domini loquebatur ad Ezechiam Regem Judæ, dum ipse Ezechias ægrotavit usque ad mortem, ut patet ubi supra. Et eadem verba nunc congrue diriguntur ad quemlibet vestrum, & omnem hominem in hac mortali vita morbo peccatorum prægravatum. Cuilibet enim tali valde necessarium est, ut disponat de domo sua, ne forte præoccupatus die mortis, quæ infallibiliter veniet, & sæpe improvise, sicut fur in nocte, quærat spatium pœnitentiæ, & invenire non possit.

Sed, Reverendissimi, quæ est ista domus, *domus* nostra, de qua disponere debemus: Certe hæc est *anima* nostra; quæ vere & proprie dicitur domus nostra. Nam quicquid *in illa* habemus, hoc est *nostrum*, sive sit bonum, sive sit malum, & illud non potest à nobis *eripi* contra nostram voluntatem. Sed quicquid *extra illam* habemus, hoc potius est *fortunæ*, quam nostrum, & *potest* à nobis *eripi* contra nostram voluntatem. Sicut sunt divitiæ exteriores, sanitas, pulchritudo, honor, fama, & potentia, quæ omnia in aliorum potestate. Unde legimus de quodam philosopho, quod amissis omnibus possessionibus suis, amissa uxore, amissis liberis, interrogatus fuerit à quodam, *an aliquid perdidisset?* Cui respondebat: *Nihil perdidi, sed omnia mea mecum sunt.* Ille virtuosus philosophus, quia retinuit illa bona, quæ habuit in anima sua, scil. virtutes & scientias, ideo dixit, nihil perdidi, sed omnia mea mecum sunt.

Et revera qui habet hanc *domum bene dispositam*, ille, & solum ille, est vere felix, vere dives, vere nobilis, & verissime felicior illo, qui abundat in pretiosis ædificiis, in multo thesauro, in multo honore, & magna potentia. De hoc *Valerius Maximus, lib. VII. cap. I.* ponit notabile exemplum de Gyge Rege Lydiæ. Iste Gyges erat Rex famosissimus armis, & divitiis abundantissimus. Et quadam vice visitavit locum, ubi erat oraculum Apollinis. Et ibi sciscitabatur, *an alius mortalium esset felicior eo?* Et ex abdito specu Sacrarii tale recepit responsum, quod *Aglajus Sophidius* esset felicior eo. Iste Aglajus erat homo pauperrimus in rebus exterioribus, qui habitabat in quodam parvo rure

rure, in quo colebat paucos agellos, de quorum fructibus suam domunculam sustentabat, & licet jam senex esset, nunquam tamen exierat terminos sui ruris, sed inter septa ejus semper permansit. Iste in felicitate prælatus est illi ditissimo Regi. Nam *licet pauca haberet, de illis tamen valde contentus erat*. Et sic non inflavit eum superbia, non corrosit invidia, non irritavit intemperantia, non inquietavit avaritia, non ad insanam hominum opinionem vivere studuit, sed naturæ legibus se subjecit: quę natura in modicis est contenta: Ubi mala consuetudo, quæ tandem bonam naturam pervertit, non fecit eum voracem.

Imo, proh dolor! *natura* in nobis omnibus adeo *vorax* effecta est, quod vix omnia, quæ apportari possunt de mari, de terra, & de sylvis, ac nemoribus, sufficiunt pro ejus repletione. Quot incommoda, quot molestiæ, quot gravamina, quot sollicitudines, quot ægritudines per hoc in nobis pullulent, vix sermone poterit explicari.

Ex his sequitur, quod ille *non* est *censendus miser*, qui non multa possidet, qui non multa fercula degustat, cujus domus non fulget pretiosa structura, vasis aureis, argenteis, ac omni alia cara supellectili. Vel etiam qui multa possidet bene acquisita, & illa male dispensat, quærendo per illa suam voracitatem, suam lasciviam, & humanam gloriam.

Pro quo attendite, Reverendissimi fratres, illud, quod Dominus noster Jesus Christus per servum suum Johannem scripsit Episcopo Ecclesiæ Laodicensis, ut habetur *Apoc. III.* ubi sic scribit: *Dicis*, scilicet, Episcope, *quod dives sum, & locupletus sum, & nullius egeo. Et nescis, quia tu es miser, miserabilis & pauper, cæcus & nudus.* Ecce quamvis iste Episcopus abundaret in bonis temporalibus, tamen scribitur *miser, miserabilis & pauper, & nudus*, ex defectu bonorum spiritualium, & *cæcus* ex defectu veræ cognitionis.

Attendite & illud, quod scribitur *Luc. XII.* de quodam divite, qui sic loquebatur ad animam suam: *O anima, habes multa bona, reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & epulare.* Dixit autem illi Deus: *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te. Quæ autem parasti cujus erunt?* Quasi dicat: Hoc ignoras. Subdit textus Evangelii: *Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives. Hæc ibi.*

Ex quo sequitur, quod *non expedit* nobis *gloriari de divitiis* nostris, vel etiam de quibuscunque *bonis transitoriis*. Quia *nescimus, quid futura parat dies.*

Legimus enim, quod ille magnus Rex Nabochodonosor deambulabat in aula Babyloniæ, & ait: *Nonne est hæc Babylon civitas magna, quam ego ædificavi in domum regni in robore fortitudinis, & in gloria decoris mei?* Et cum sermo adhuc esset in ore ejus, vox de cœlo ruit super eum dicens: *Tibi dicitur, Nabochodonosor Rex, Regnum tuum transit à te, & ab hominibus ejicient te, & cum bestiis atq; feris erit habitatio tua, fœnum quasi bos comedes & septem anni numerabuntur super te, donec scias, quod dominetur excelsus in regno hominum.* Ista scribuntur Dan. IV. Et omnia fuerunt impleta super Nabochodonosor, ut patet ibidem.

Quapropter Reverendissimi fratres, *non debemus quærere felicitatem vitæ nostræ in pretiosis structuris* domorum nostrarum materialium, in pretiosa supellectili, in magnis thesauris, in humana laude: Sed potius in bona & congrua structura nostra *domus interioris*, quæ est *anima nostra*. Sequimur consilium ipsius Philosophi venerabilis *Senecæ*, sic nos docentis: *Fac ut, qui domum tuam materialem intraverit, plus de te quam supellectili tua admiretur.* Hoc est: Sic vive, ut, qui intraverit domum tuam, plus miretur de tua laudabili vita, quam de tuis divitiis.

Attendamus etiam ad metra illius egregii metrificatoris *Gamfredi Anglici*, quibus sic inquit:

Si bene successit, non prima sed ultima specta.

Acasu describe diem, non solis ab ortu.

Et infra:

Nulla fides rerum, sequitur post bella venenum.

Et claudit nox atra diem, nebulaque serenum.

Attendamus igitur cum omni diligentia, quomodo omnes beatitudines, ad quas noster fidelissimus Magister JEsus Christus nos invitat per Evangelia sua, respiciant *bonam dispositionem nostræ domus interioris*, quoad *mansuetudinem*, quoad *justitiam*, quoad *patientiam*, quoad *pietatem*, & spiritus paupertatem. Et nulla illarum consistit in pretiosis domibus, in nobili supellectili, in magna fama, vel in numerosa familia.

Audire autem placeat, quæ sunt *requisita ad bonam dispositionem* domus hujus nostræ, *domus interioris*, ut illa quæramus, pro illis sollicitemur.

Certe ad hanc ex parte structuræ ejus requiritur, & *primò*, quod *sit ædificata super firmam petram*, quæ est *Christus Dominus*. Quia secundum Apostolum *I. Cor. III. Fundamentum aliud nemo ponere potest prater id, quod positum est, quod est Christus JEsus*.

Requiritur *secūdo*, quod sit *cincta muro, constantiæ & fortitudinis*, ne excutiatur per tentationum jacula.

Requiritur *tertio*, quod sit *bene purgata à peccatorum sordibus*, ne in ipsa aliquid inquinatum, offendens oculos divinæ majestatis, inveniatur.

Requiritur *quarto*, quod sit *respersa virtutum floribus*, ut ab ipsa in omni loco erumpat bonus odor *fidei, spei, charitatis, justitiæ, pietatis*, & cæterarum *virtutum*. Ut sic dicere possimus cum Apostolo, *Deo gratias qui semper triumphat nos*, id est, triumphare facit nos, *in JEsu Christo, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos omni loco*, scribitur *II. Cor. II.*

Requitur *quinto*, quod hæc domus nostra sit constructa, sit disposita, ut dicendum est, sit *tecta per humilitatem*, ne per dicta quæramus humanā laudem, vel erigamur in superbiam. Quam artem tegendi docet nos ille cœlestis Architectus JEsus Christus *Matth. XI.* dum inquit: *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.*

Deinde aliqua requiruntur ad *dispositionem* dictæ *domus, ex parte suæ gubernationis. Primo*, quod ipsa *ratio*, cujus est gubernare hanc domum, sit *recta, prudens & discreta*. Ne dictam nobilem structuram, quæ in quolibet, qui sine sanctificatione baptizatur, sine magisterio construitur, vilipendat, parvipendat, & per contemtum vel negligentiam destruat. Ne etiam male de rebus judicans, quod est malum commendet ut bonum, & quod est bonum, vilipendat ut malum.

Et proh dolor! *multi faciunt*, quod plerumque *contra propriam conscientiam*. Id laudare volunt, quod est vituperabile, & illud vituperare, quod est laudabile: Hæc facientes vel causa *facinoris*, vel *rancoris*, vel *invidiæ*, vel *avaritiæ*, vel *adulationis*, vel *superbiæ*, ut aliquid fecisse videantur. Attendant illi, quod *væ illis, qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem, amarum dulce, & dulce amarum Es. VII.*

Requiritur *secundo* ex parte gubernationis hujus domus, quod ipsa *voluntas*, quæ etiam est particeps in principatu hujus domus, *non* sit *nimis reflexa super se*, sed etiam sit *affectata ad bonum commune*, seu *ad rem publicam*, ut illa non negligatur. Et quamvis omnis homo ex obligatione naturali obligetur ad procurationem *boni communis* in communitate, in qua degit; Nos tamen *viri Ecclesiastici* ad hoc strictius obligamur, quod omnia negotia Ecclesiæ nostræ fideliter agamus, attente pensemus. Ab his nullus rancor, nulla indignatio, nulla offensio, nulla parvipensio, nulla derisio, nulla pigrities nos retrahere debet. Et revera *malitiosa mentis est, qui injuriam sibi a persona vel personis illatam nitimur vindicare per negligentiam communis boni*, ad cujus procurationem non solum omnis justa lex, sed & proprium ipsum obligat juramentum.

Sed quia Sermo prohibet, ne de singulis necessitatibus Ecclesiæ nostræ in speciali pertractem, convertam me ad loquendum paulisper *de divino officio & servitio, ad quod peragendum pie & devote*, cum omni reverentia Dei & sanctorum ejus, tenemur esse intenti. Ad hunc finem etiam nostra est domus solenniter constructa, est magnifice dotata, & propter hunc finem *Ecclesiastica beneficia* nobis sunt *collata*. Ac per eundem finem quotidie suscipimus pro nostra susten-

stentatione *spiritualia stipendia.*

Est igitur *primo* notandum, quod non est licitum nobis *infra officium vacare colloquiis, cachinationibus, & jocis.* Et magis peccamus, si hoc facimus infra missam. Et adhuc magis, si post inceptionem præfationis. Nam tunc celebrans missam nos alta voce hortatur ad erigendum sursum corda in Deum, dicens: *Sursum corda*; Nosque sibi respondemus, & utinam vere, *Habemus ad Dominum* .De ipso scribitur in Decreto, *de consecratione, d. 1. III. capitulo*, Quando sic sacerdos ante orationem, sive canonem, præfatione præmissa, præparat mentes, dicendo: *Sursum corda*: Et dum respondet plebs: *Habemus ad Dominum*: Admoneatur, nihil aliud se quam Dominum cogitare debere, & sic claudatur contra adversarium pectus, & soli Deo pateat. Hæc ibi.

Secundo est notandum, quod, *quando legitur Evangelium Christi*, tenemur *reverenter stare* in conspectu Evangelii, & illa dominica verba attente audire, *ad illam partem, in qua legitur Evangelium, nos vertere.*

Decens quoque est, quod *cum pollice imprimamus signum sanctæ crucis*, primò *fronti*, ad insinuandum, quod crucem Christi non erubescamus, secundo *ori*, ad insinuandum, quod velimus audacter & publice confiteri, dicendo cum Paulo: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi; Tertio *cordi*, ad insinuandum, quod velimus Christum semper in nostro corde gestare. Et de ista materia habetur, *De consecratione d. 1. III. cap. Apostolica*, & in *glossa* ejusdem.

Debemus etiam, *dum legitur Evangelium*, reverenter nostra *capita detegere* ad reverentiam illorum sanctissimorum verborum, ad insinuandum, ut dicit quoque glossa, ubi supra, quod omnia velamina legis veteris Evangelica prædicatio removet. Et quicunque istud ex contemtu omittit, valde graviter peccat.

Tertio est notandum, quod nos viri Ecclesiastici teneamur cum diligentia *frequentare chorum*, & *quotidianis officiis ibidem interesse*, Nisi quando legitimum impedimentum nos excusat. Et ad hoc præsertim tenemur *in diebus festis*, propter varias causas, & præcipue propter duas. Quarum prima est, quia dies festi adinventi sunt, quod in ipsis homines vacent divinis laudibus, orationibus, & contemplationibus. Istud originaliter *Exod. II.* ubi dicit Dominus inter cætera præcepta: *Memento, ut diem sabbati sanctifices.* Præcipitur etiam in plurimis constitutionibus summorum Pontificum & conciliorum.

Secunda causa est, *ut vitetur scandalum* in populo, hoc est, ne populus scandalizetur in nostra negligentia. Quis dubitat, populum valde scandalizari, dum in diebus festivis Christicoli confluunt, secundum suam laudabilem consuetudinem in magna multitudine ad Ecclesiam, & *pauci ex nobis, qui stipendiati sumus ad frequentandum Ecclesiam, ibidem comparent.* Ipsi mane congregantur, *major pars ex nobis vix incipit serpere versus chorum, more testudinis*, jam divino officio pro medietate peracto. Sed timeo, quod sic serpendo non introibimus cum sponso ad nuptias, sed cum pigris virginibus excludemur.

Dolenter referrem, nisi offendere timerem: Sed conceptum sermonem quis continere potest: Quod *nos clerici debemus esse exemplar laicorum, ut vitam & mores suos emendarent.* Jam citò *nobis opus est, ut accipiamus exemplum vivendi ab eis.* Nonne magis moraliter, magis seriose, magis composite, magis devote, & reverenter se gestant in Ecclesia, quam nos? O dolor, o plus quam dolor! quod Christi sponsa prælecta, mater Ecclesia, *per nostram dissolutionem & vanitatem* ita deturpatur.

Propter quod, hoc etiam Deo permittente, & suam defensionem detrahente, multa mala nos involvunt. Nam ut flebilis nos docet experientia, jam fere omnes Principes, barones, milites, cives & clientes, servi & liberi, nos persequuntur, nobis detrahunt, nos deplumant, nos despiciunt. Et si in his angustiis constituti clamemus ad Dominum pro auxilio, quid nobis respondebit: *Misereri nequeo, quia pœnitere non vultis.* Tollite vos causam, sive *malam*

vestram vitam, quantum in vobis fuerit, & ego tollam effectum, sive hanc vestram persecutionem.

Veruntamen, Reverendissimi fratres, ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, *emendemus in melius, quod ignoranter peccavimus*.

Superiores nostri tamen hoc attendant, quod, licet laudabile sit, esse patientem in propriis injuriis, tamen Dei injurias dissimulare nimis impium est, ut dicit *Chrysostomus homil. VII.* Operis justi exemplum habemus in *Mose*, qui, quamvis mitissimus esset, ut de eo scribitur *Exod. XII.* tamen idololatriam filiorum Israel graviter vindicavit, & propter illam occidit quasi viginti tria millia hominum *Exod. XXXII.* Aliud exemplum habemus in *Elia*, qui, ut legitur *IV. Reg. Cap. I.* Cum Rex Samariæ Ezechias misisset ad eum quinquagenarium & quinquaginta milites cum eo, dicentem sibi sedenti in vertice montis: *Homo Dei, Rex præcipit, ut descendas.* Respondensq; Elias dixit quinquagenario: *Si homo Dei sum, descendat ignis de cœlo & devoret te, & quinquaginta tuos.* Et ita factum est. Et hanc vindictam non petiit Propheta propter injuriam sibi illatem, sed *Deo, cujus cultus spernebatur.* De hac materia multa pulchra scribuntur ex plurimorum sanctorum autoritatibus *23, q. 4. In multis, c. II.*

Quarto est notandum, quod illi, qui inter nos, sunt *sacerdotes*, debent ad hoc esse intenti, quod *aliquotius celebrent missas.* Quia illi, qui, non prohibiti, omittunt, graviter peccant, tum *primo*, quod abscondunt talentum Domini sui in terra; tum *secundo*, quia dum crescunt dona, rationes etiam crescunt donorum; Tum *tertio*, quia videtur eis hoc esse præceptum per illa verba Christi, ad suos Apostolos & discipulos ac eorum successores directa: *Hoc facite in mei commemorationem*, quæ scribuntur *Luc. XXII.* Audire autem placeat, quid de hoc dicat *Ambrosius.* Ille dicit sic, dirigendo verba sua ad Christum: *Grave est, quod ad mensam tuam mundo corde, & innocentibus manibus non venimus. Sed gravius est, dum peccata metuimus, & sacrificium non reddimus.*

Sed quæreret aliquis, an ergo potius debeat celebrare in peccato mortali, quam omittere missam? Certe potius deberes abstinere a celebratione missæ, quam celebrare in peccato mortali. Sed tamen hoc grave peccatum est, quod tu non vis detestari hoc peccatum, ut celebrare valeas. Et gravius peccatum est, omnino a celebratione abstinere, quam celebrare in peccatis venialibus. Quæ peccata venialia haud cordis munditiam tollunt & de mente innocentiam. Et hoc videtur Ambrosio.

Nam quid est dicere hoc? *Volo esse sacerdos, & frui honore & privilegio sacerdotali, frui emolumentis & proventibus dignitatum, vel parochialium Ecclesiarum*, & nolo vel timeo celebrare. Si vis vivere de altari, servi altari.

Requiritur *tertio* ex parte gubernationis hujus domus interioris nostræ, quod *familia* ejus, sive *vires* ejus *inferiores animæ*, quæ sunt sicut familiæ rationis & voluntatis, & præsertim *appetitus sensitivus*, ipsi *rationi obediat.* Istud patet *Gen. IV.* ubi scribitur, quod Dominus dixit ad Cain: *Super te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illi.*

Ista *dispositio laudabilis* proh dolor multum deficit in nobis. Quia nolumus sequi rectam rationem, quæ semper tendit ad optima, *I Ethic.* Qui sequimur *concubinas sensuum*, & quærimus nostram principalem delectationem in talibus actibus, in quibus assimilamur brutis & bestiis, ut *in gulositate, & lascivia carnis.* Non attendimus, quod talem felicitatem eligendo nomen hominis juste perdimus, & nomen bestiæ acceptamus. Pro quo accedat illud, quod legimus de Diogene Philosopho. Hic quadam vice intravit civitatem Athenarum, alta voce clamando: *O homines convenite!* Tandem unus de populo sibi respondendo dixit: *Nonne vides hic magnam multitudinem hominum?* Cui dixit ille Philosophus: *Non vocavi istos, sed homines. Isti non sunt homines, sed bestiæ.* In quibus verbis innuebat, quod illi ibidem congregati *propter vitam* suam *bestialem* potius essent dicendi bestiæ, quam homines. Et propter hoc ille gloriosus Philosophus Aristoteles inter

inter cætera sic scribit ad magnum Alexandrum: *O Clemens Imperator, noliti inclinare ad coitum mulierum. Quia coitus est quadam proprietas porcorum. Et qua gloria est illud, si exerces vitium bestiarum, & actus brutorum.*

His attentis, Reverendissimi fratres, ad recuperandum & servandum nostrum *nobile nomen humanitatis*, declinemus ab hac via lubrica, quæ non est via ducens nos ad regnum. Eò quod fornicatores & ebriosi sunt de illis, qui non possidebunt regnum Dei *I. Cor. VI.* Præeligamus viam solidam *castitatis* & parsimoniæ, in qua pedes nostros firmius figere possumus ad scandendum in montem Dei. Consideremus, quod modicum vitæ restat nobis,& forte minus, quam credimus. Conservemus saltem illud in *sobrietate* & *castitate*. Dicit enim nobis Apostolus *I. Cor. VI. An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quod habetis à Deo, & non estis vestri. Emti enim estis pretio magno. Glorificate ergo & portate Deum in corpore vestro.* Iste textus Apostoli præcipue tangit nos *viros Ecclesiasticos*. Nam nos non sumus nostri juris,sed Dei,cujus servitio sumus mancipati.

Ergo, *o clerice*, si non parcis tibi propter te, parce tibi propter Deum, cui valde indigne famularis, quamdiu in tali lubricitate conversaris.

Circa hanc materiam pauca in particulari sunt notanda. *Primo*, quod licet omnis *fornicatio* à quocunque, habente usum rationis, committatur, mortale peccatum existat, *magis* tamen *peccat ille, qui de Ecclesiasticis stipendiis vivit*, & magis, si sit in sacris, & de tanto gravius, de quanto fuerit in ordine altiori. Omnis enim recipiens ordinem sacrum,implicite saltem committit votum continentiæ. Ordo enim sacer etiam cum propria uxore prohibet commisceri.

Secundo notandum, quod, licet graviter peccet sacerdos, cum quacunq; muliere fornicetur, longe gravius tamen peccat, si fornicatur cum sua filia spirituali, hoc est, cum illa, quam baptizavit, vel cujus confessionem audivit ut patet ex *c. Omnis.* 3. *q.* 1. *& ex c. sequenti:* Ubi Papa pro tali excessu gravem pœnitentiam decernit infligendam, scilicet 15. annorum, si Episcopus existat, & 12, si sit simplex presbyter, quod si crimen publicum sit, deponatur.

Tertio notandum, quod *sacerdotes, si fornicationem commiserunt*, debent omnino per tempus abstinere ab oblatione corporis & sangvinis Domini, seu à celebratione missarum. Patet istud. Nam in veteri lege sacerdotes, dum pertinebat ad eos secundum vices suas, ut ingrederentur domum Dei, ad offerendum sacrificia, abstinebant etiam à propriis uxoribus. Sed sacrificium, quod sacerdotes novæ legis offerunt, est incomparabiliter dignius. Ergo sacerdotes novæ legis, dum sunt maculati per fornicationem, debent rationabiliter per tempus ab oblatione tam sancti sacrificii abstinere. Etiam *olim in Ecclesia, quando sacerdotium & matrimonium simul stabant*, oportebat sacerdotes illos tunc, quando altari servire debebant, continentes esse à propriis uxoribus. Ergo à fortiori debent novi sacerdotes post commissam fornicationem ab altari se abstrahere per tempus.

Sed per quantum tempus? Hoc definire nescio. Olim servabatur circa hoc magnus rigor, ut *in Decretis di.* 32. *in cap. Presbyter.* Nam post *magnam pænitentiam decem annorum* sacerdos, si fornicationem publicam fecit, permittebatur venire ad pristinos honores. Et finito primo anno & dimidio, admittebatur ad perceptionem corporis & sanguinis Domini, ne induresceret. Sed tantus rigor hodie non servatur.

Sed tamen hoc attendamus, quod in quodam concilio ordinatum fuit, ut habetur in *decretis de Cons. di. 2. cap. Omnis homo ante sacram communionem abstinere debet à propria uxore, tribus aut quatuor, aut quinq, aut sex diebus.* Et ista ordinatio reputatur consilium, quando commixtio cum uxore fieret, præcipue gratia generandæ prolis: tamen censetur peccatum, quod si commixtio fieret causa satiandæ libidinis. Cum ergo for-

fornicatio fieret cauſa ſatiandæ libidinis, ad minimum ſacerdos deberet poſt fornicationem tot diebus abſtinere.

Quarto eſt notandum, quod *diaconi* & *ſubdiaconi* poſt commiſſam fornicationem etiam debent aliquanto tempore abſtinere à miniſterio altaris, ob reverentiam ſacramenti. Iſtud expresſe diſcitur ex *decretis d.*31. in pluribus capitulis, & ex *capite Propoſuiſti, d.* 82. Ubi illis, qui debent miniſtrare altari, præcipitur, continere ſe etiam à propriis uxoribus.

Tot ergo & tanta ſunt dicta de bona diſpoſitione domus noſtræ interioris, ſine qua, etſi omnia alia habuerimus, ſumus velut æs ſonans, & cymbalum tinniens, & vanum eſt omne, quod vivimus. Bene ergo nobis conſulitur, dum in themate aſſumto nobis proponuntur: *Diſpone domui tuæ.*

Et licet plures ſint cauſæ, propter quas hæc diſpoſitio eſt nobis neceſſaria, una tamen magna cauſa in themate ſubjungitur, cum dicitur: *Quia morieris tu & non vives.* In quibus verbis inſinuatur, quanto periculo nos exponimus, cum diſpoſitionem iſtam negligenter deſerimus. Nam infallabiliter moriemur, & non ſumus certi de aliqua mora in vita præſenti. Ergo periculo expectamus, *differendo pœnitentiam in craſtinum*, vel in quodcunque tempus futurum. Nam ſi anima noſtra morte præventa ſeparata fuit à corpore, adhuc indiſpoſita exiſtens, nunquam poſtea diſponetur. Quia tunc non erit amplius loc' fructuoſæ pœnitentiæ. Et ſic nunquam induetur veſte nuptiali, ſine qua nequit ingredi ad cœnam nuptiarum agni, & ultra hoc detrudetur in profundum inferni; paſſura pœnam acerbiſſimam, nunquam finiendam. Et dicit beatus *Auguſtinus libro* ſuo *de pœnitentia*, quod multa ſunt, quæ impediunt languentem & retrahunt, & periculoſisſimum eſt, interitui vicinum, ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium. Videmus namque ad experientiam, quod aliqui ſubito ſuffocantur, alii perdunt uſum rationis, alii tantis doloribus gravantur, quod tota eorum mens rapitur ad dolores, & non ſinitur tendere in Deum. Alii tot occupationibus circa diſpoſitionem bonorum ſuorum temporalium involvuntur, quod de animæ ſalute cogitare non permittuntur. Ut beatus *Auguſtinus* innuit ubi ſupra.

Adhuc ad veram pœnitentiam requiritur unum, quod rarum eſt in illis, qui usque ad articulum mortis differunt pœnitentiam, ſcilicet, quod *peccator doleat de peccatis*, non principaliter timore pœnæ; ſed *affectione*, quam habet *ad Deum*, ut ſcilicet habeat reſpectum ad divinam majeſtatem, bonitatem, patientiam & longanimitatem, quæ in ſe eſt res nobiliſſima, & humano generi contulit tam excellentia beneficia, & *doleat de hoc, quod tantam majeſtatem & tam nobilem rem contemſit*, & res viliſſimas adamavit, doleatque de hoc, quod de illis excellentibus beneficiis, de nobili creatione, de periculi liberatione, de benigna conſervatione, & aliis innumeris beneficiis ingratus extitit. Qui ſic facit, ille jam non tantum, nec principaliter pœnas timet; ſed ſuum glorioſum Dominum offendiſſe deflet. Cui talis pœnitentia contingit, etiam in fine vitæ, de illo deſperandum non eſt. Hoc ponit beatus Auguſtinus finaliter ubi ſupra.

Quapropter, Reverendiſſimi fratres, *non differamus pœnitere de peccatis noſtris*, propter ſupradicta pericula quæ ſunt omnium periculorum maxima. *Non expectemus ſerotinam pœnitentiam*, quæ ſæpe, ut audiſtis, eſt imperfecta, ſed ſtatim in hoc quadrageſimali tempore veram pœnitentiam peragamus eleemoſynis, jejuniis, & devotis orationibus. Nemo ſe excuſet per impotentiam. Quia ſatis potentes erimus, ad hoc vocati. Nemo eſt inter nos omnes, ſi lucrari poſſet mille florenos, quin horas quadrageſimales diligenter & diſtincte obſervando, & ſingulis ſecundum ordinationem Eccleſiæ jejunando, libenter hoc vellet implere, & cum lætitia adimpleret ob ſpem præmii promiſſi. Si igitur tunc poſſet, & modo poterit, ſi velit.

Tendamus etiam, Reverendiſſimi fratres, ad obſervationem fraternalis *concordiæ. Excutiamus* latentia *odia*, ſi quæ

quæ sunt inter nos. Ut illa sancta & salubris exhortatio, quæ per totum in Completorio ruminatur, hæc scilicet: *Pacem & veritatem in justitia diligite in vobis*, suo effectu non frustretur, ut & hanc pacem habendo, Ecclesiam nobis commissam tam in spiritualibus, quam temporalibus diligentius & jucundius gubernemus, & sic ad societatem cœlestium civium sub summa & perpetua pace viventium concedere valeamus, adjuvante gratia atque misericordia Domini nostri Jesu Christi in secula benedicti Amen.

ANTONII DE MERCEDE
Alphonsi Regis Arragoniæ ad Constantiense Concilium Legati
PARENTATIO
Habita in Exequiis Ferdinandi Arragoniæ Regis Constantiæ, in Concilio,

A. 1416. d. 30. April.

Ex Codice MSC. Lipsiensi.

In MSC. Lips. REx verò lætabitur in eo, *psalm. LXII.*

Reverendissimi Patres & orthodoxi Domini.

Indesinenter uberrimos in fletus prorumpere & lacrymas incessatas, certissimè existimassem, in *occasu tam lugubri Serenissimi Principis*, nisi me revocasset illa Divi *Augustini* sententia, quâ *Libro de consolatione infirmorum* sic ait: *ô mors desiderabilis, ô mors malorum omnium præsentium finis, ô mors, laborum nostrorum omnium initium quietis! Quis cogitare queat tuarum beatitudinum utilitatem. Nam male mori Christianorum non est, Bene autem mori, vivere cum Christo est. Quisnam mortis narrare benefacta sufficeret, quæ nos cum Christo glutinat, quæ finis est præsentis miseriæ, auctrix atq; initium felicitatis æternæ. Vale igitur, mors dilectissima, confitebor, quod si possem te amplecti, libenter degustarem & ultro me subjicerem.* Consideraverat namque Augustinus, quod tantam gratiam Deus fidei Christianæ concessit, ut mors, quam in se constat esse contrariam, instrumentum fieret, per quod transiremus ad vitam. Sanè itaque non horrendum, sed gloriosum atque beneficum morituris, se cognoscere, mortem prævidere, intrepide expectare, & feliciter sumere: Non his quidem, quorum cum vita omnia extinguuntur, sed his, quorum laus à memoria recedere non potest.

Hanc quoque sententiam *Tullius* sensisse videtur *de Tuscul.* Ubi: *Tota Philosophorum vita commendatio mortis est.* Nam quid aliud agimus, cum à voluptatibus corporis & à republicæ negotiis animum revocamus, nisi ipsum ad se ipsum advocamus? maximeque à corpore secernere, nihil aliud est quàm mori discere. Hoc ergò, mihi crede commentemur, nosque à corpore sejungamus, & mori consuescamus. Meditatum igitur debet esse ab adolescentia, *ut mortem negligamus & mori consuescamus.* Sine qua meditatione tranquillo animo esse nemo potest, cum certissimè moriendum sit. Sapientissimus quisque *æquo animo moritur*, nec eum vixisse pœnitet, qui ita vixit, ut se natum æstimet.

Et ex hac vita discedit tanquam ex hospitio & non ex domo. Commorandi enim diversorium natura nobis dedit, & non permanendi: Verba sunt *ejusdem* Tullii, *Libr. de Senect.*

Idem etiam sensit Trismegistus Mercurius ad Æsculapium, cum dicebat: *Nos piis votis* optamus, si divinæ pietati placeat, *ut* mandana custodia absolutos superioris *partis* naturæ restituat. Hæc quidem est merces, pie sub Deo, diligenter in mundo, viventibus.

Et dein concludit *Tullius, L. II. de Tusc.* quod sapiens mortem non timet: non quia mori necesse est, sed, quia mors nihil habet, quod sit horrendum, mor-

mortem non timet, quæ magnum præsidium ad beatam vitam comparat.

Cum itaque hic *Rex serenissimus*, *cujus exequiis* devotè *insistimus*, virtuosissimè vixerit, moriturum se cognoscens, *mortem* præstolatus *meditatusq;* fuerit, & juxta meritum Altissimi eam devotè feliciterque susceperit: Meritò verba præmissa de eo repetere possumus, Videlicet, quòd *hic Rex laudabiliter moriens* lætabitur in Deo.

In quibus *rex iste Serenissimus* commendabilis plurimum perhibetur *ex vita* pariter & *morte*. Primo *ex vita*, tanquam *Princeps virtuosus* & sublimis, secundò *ex morte*, tanquam supplex gloriosus & elatus. *Primum* probat solium, cui præfuit rectissimè, velut *Rex*. *Secundum* notat gaudium, quod invictissimum. Ideo: *Lætabitur in Deo*. Nam in solio resplenduit uti jubar virtutum plurium, sed in gaudio jam quiescit in spe salutis hominum.

Primò itaque *ex vita* commendatur iste *Christianissimus Dominus* tanquam *Princeps* virtuosus & sublimis. Ideo dicitur *Rex*. Quod indicat solium cui rectè tanquam Rex præfuit rectissimus, in quo splenduit velut jubar, virtutum plurium. Sicut enim *Rex virtuosus* & sapiens fuit *stabilimentum sui regni* & populi, *Sapient. IV*. Dederat namque illi Dominus ut alteri Salomoni *prudentiam* & sensum, id est *sapientiam & virtutem*, ut posset regnum imo regna regere sibi commissa, ut scribitur 3. *Reg. XXI*. Nempe, sicut inquit *Isidorus libr. III. de S.B.* Reges non à regnando, sed à *rectè regendo* vocati sunt. Ideoque *rectè faciendo* regis nomen tenetur, sed errando amittitur.

Recte ergo illi *reges* sunt, qui tam *semetipsos* quam *subjectos bene regere* noverunt. Regimen quidem à sui rectore sumsit exordium. Propterea is benè poterit *alios regere*, qui non modo *verbo*, sed *facto* novit *sibimet imperare*, & *se virtuti subdere*, & legibus rationis & disciplinæ.

Unde *Seneca* in Prov. inquit: *Vis regnum? Do tibi magnum: Rege te ipsum. Apud enim antiquos non ditior, non fortior, non major, sed melior eligebatur. Si vis itaq; omnia tibi subjicere, te prius subjice rationi. Multos reges, si illa te rexerit. Ab illa disces, quid & quemadmodum regere debeas* Sic nempe mirabiliter conditi fuimus, ut ratio animam & anima corpus possideant. Jus verò animæ corporis possessione repellitur, si non prius anima à ratione possidetur. Unde sciendum, quod *ratio* est *velut lux* & vis principalis in anima, quæ cognoscit & dirigit. Cognoscit, quid bonum & malum, & dirigit, cum judicat bonum debite peragi, & malum penitus declinari. Cum autem, quid judicaverit, appetit, liberum arbitrium nominatur. Hujus quidem duæ sunt partes, superior una & inferior altera. Prima divinis & æternis intendit, secunda de terrenis & transitoriis judicat & disponit. Rursus superior evidentias accipit per leges divinas, ut Dei præceptis assentiat, sed inferior per humanas disciplinas, ut sibi aliisque provideat. Unde secundum se semper ad bonum monet & provocat, è contra vero malum abhorret & recusat. Hæc, quæ est in nostro microcosmo, totius regiminis obtinet principatum, & semper ad optima deprecatur. Quoties enim homo sine ratione perit! Quia omnia recta, justa, honesta, bona & sancta, semper sunt *consona rationi*. *Maximum* ideò *munus est animi, ratione bene uti*. Unde *Tullius de Tusculanis* in *quarto*: *Bene adhibita ratio cernit peroptimum: Neglecta verò multis implicatur erroribus*. Propterea nil rectum sine *ratione* fieri potest. Nam hæc est tanquam summi regis Vicaria, pars Divini spiritus, in corpus humanum immersa. Quæ bona tenet, prohibita respuit, mentem ream accusat ex crimine, læsam conscientiam stimulat, in offensis ac inhonestis actibus semper sua contradictione resistit. Et sicut cunctis nefariis repugnat, sic quoque justa approbat, recta desiderat, æqua præcipit, & hominem tanquam regina in omnibus regulat, & reformat. Hæc est lux, quæ à lege qualibet debet maximè relucere. Cum *in regimine debitus ordo* adhibendus in rebus, *non* erit utique rectum regimen sine debito ordine: Nec utiq; *debitus ordo* poterit esse sine *recta ratione*, cùm omnia regalia jura, statuta, edicta atque decreta, sive leges

five sanctiones, non sunt nisi tyrannides, quando videntur à rectæ rationis tramite deviare.

Non igitur regibus omnibus convenit principatus, sed solum his, qui ratione & sapientia perlustrantur. Quod rectè censuit *1. Politic. Aristoteles*, dicens: Is in cunctis naturalibus est Princeps, qui potest mente & ratione providere. Pulchrum est namque nomen Regum & illustre, sed *officia difficillima*, si rite gerantur. Alioquin periculosa prorsus atque mortifica. Sola namque *virtus rationis* vel prudentia fuit, quæ primitus homines regia nobilitate dotavit. Cùm enim omnes homines ejusdem essent generis, inter eos servos Dominosque distinxit. Et si decet principem omnium membrorum vigere & *sensuum viribus*, multò magis convenit eum *ratione, sapientia* & *animi* præesse *virtutibus*.

Cùm etiam *animus* locum principatus atque recti regiminis in nobis obtineat, quia dux atque imperator vitæ mortalium *animus* est:

Quam ob rem regem illum Principatus glorificat, quem non fortuna aut lubricus vulgi favor, vel indocta multitudo, sed ratio & sapientia illustrant. Unde nihil est quod luce clariore præfulgeat, quàm *ratio* & *animi clara virtus*, *in Principe*.

Sic decrevit *Aristoteles lib. Polit.* cum dixit, quod multorum sunt naturaliter *Domini*, *qui se ipsis rationabiliter & virtuosè utuntur*.

Quantum autem hic illustrissimus *Princeps*, *cujus felicem obitum devotè recolimus*, fuerit *ratione dotatus*, perlustratus *sapientia & justitia*, *fortitudine ac* cunctis *virtutibus* redimitus, certè ejus testantur facta illustriora, declarant ejus virtutes innumeræ, proclamant gloria & fama clarissima, toto jam terrarum orbè diffusa. Nulla quippe potuit eum passio vincere: Non subitus motus, non iræ impetus potuit eum retrahere à justo dictamine rationis. Nullus quidem illius actus, nullus gestus, nullus incessus, nullus nutus, nullus affatus nisi honestissimus & præclarus. Ut ejus clarissimè indicant gesta magnifica, fuit *totus sapiens*. Quod proh dolor nostris temporibus rarissimum apparet in Principe, fuit *suavis animo*, *clarus* & *doctus ingenio*, *sincerus eloquio*, *justus*, *mansuetus*, *misericors*, *magnanimus & modestus*, *æquus*, *gratus*, *devotus*, *gravis*, *largus*, *pius*, *liberalis*, *prudens*, *industrius*, *sobrius*, *castus*, *affabilis* & in omnibus *circumspectus*.

Sed ut de omnibus non omnia sileam, possum dicere, quod *innocens* fuit cum Abel, opere *mundus* cum Enoch, ipse *longanimus* cum Noa, totus benignus cum Elia, *fidelis* cum Abraham, *vita castus* ut Isaac, *laborum tolerans* cum Jacob, *bona rependens pro malis* ut Joseph, *mansvetus* ut Moses, *contra adversa fiducia semper plenus* ut Josua, *pro republica commodis aggrediens* ut Simson, *devotus* ut Samuel, *misericors* ut David, *studiosus Salomonis sapientiæ imitator*, *pius* ut Thobias, ut Elias *Zelator fidei*, *verus* ut Esaias, & verbo, cum Jeremia *sincerus*, *patiens* cum Job.

Grandem namque hujus regis *patientiam* & inæstimabilem demonstravit illius longa & intolerabilis *infirmitas*, in qua quantò gravioribus opprimebatur doloribus, angustiis, tantò majores Deo reddebat laudes & gratias ampliores.

Fuit equidem *magnanimus* ut Alexander, *prudens* ut Brutus, *animosus* ut Hector, & *fortis* velut alius Maccabæus. Fuit *abstinens* ut Fabricius, *constans* ut Zenocrates, *obliviosus injuriarum* ut Julius. Fuit *clemens* ut Titus, *justissimus* ut Trajanus, *liberalis* ut secundus Tiberius, generaliter, *in omnibus temperatus*. *Templorum Dei fundator & patronus* ut Constantinus, ut Justinianus *æquissimus*, totus *gratus* ut Theodosius, *victoriosus* ut Heraclius, *felix* ut Carolus Magnus, *ecclesiæ defensator* ut Otto, & *pro pestifero ecclesiæ schismate exstirpando nostri invictissimi Cæsaris Sigismundi comes individuus & socius dilectissimus*, *indefessus*.

Quis namque narrare sufficeret, quot sustinuerit labores, quas impensas, quot noctes insomnes, quot solennes destinaverit oratores, quot destinaverit epistolas, quantâ laboraverit diligentia. Verè, non omnibus his contentus fuit, nisi etiam *pro tanto bono perficiendo*

ciendo se totum impenderet. Und *pro tam salutifero opere* lucro sibi putavit etiam *mortem suscipere.*

Unde merito *de ejus vita* possum concludere, quod *vincit famam suam virtutibus.* Quoniam *major* fuit ejus *virtus & sapientia* quam audistis, 2. *Paralip. II.* Quoniam ipse fuit Dominus virtutum & Rex, *Psalm. XXIII.*

Dixeram quoque, quod Serenissimus *Princeps* commendetur *ex morte*, dum subjungitur, ut *supplex gloriosus & elatus.* Ideò quia *lætabitur in Deo*, quod probat gaudium, quod meruit amplissimè, in quo jam quiescit in spe salutis hominum. Lætabitur, tanquam justus in Domino, quia continue speravit in eo, ut habetur in *Psalmo.*

Sicut namque fuit cunctis virtutibus redimitus in vita, sic quoque illius *mors felix* fuit, & *devotissima*, quia per illam gaudium invenit atque lætitiam. Nullus quidem hic verè lætabitur, sed tantummodo ubi plenum & summum gaudium possidetur. Nam, ut inquit sacer antistes *Ambrosius, de discessu sanctorum : Nulla quidem potest esse jucunditas inter has amaritudines & nostra vita dolores, qui vel intrinsecus infirmitate proveniant, aut extrinsecus accidentium incommoditate contingunt. Anxii namque & pavidi & ad ipsa locorum vota suspensi. Quod fluctuamus in incerto, sperantes dubia pro meritis, incommoda pro secundis, caduca pro solidis, nil habentes potestatis in arbitrio, nil firmitatis in voto. Amplius adversorum dolore concutimur, quam secundorum fructu potimur. Gravis namque & fragilis conditio humani corporis est nostri crudelis, oppressio, qua ut Platoni placuit in Timæo, prægravat mentem, & omnem oblivionem inducit: Quia corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum. Quamobrem licet in se animalibus cunctis sit amabilis, tamen propter graves lues, quas ex corpore contraxit, fit omnibus sapientibus odiosa.*

Unde *Augustinus* pertractans illud Jacobi : *Vita nostra est labor ad modicum apparens, sic ait : Vita nostra vita cæca, vita dubia & plena ærumnis, quam humores turbant, dolores exterminant, calores desiccant, aura morbidant, esca inflant, jejunia macerant, joci solvunt, tristitia consumunt, sollicitudo præcipitat, securitas hebetat, divitiæ jactant, paupertas dejicit, juventus extollit, senectus incurvat, infirmitas frangit, mœror deprimit. Hæc omnia mors inopinata succidit.*

Propterea benè præsens vita dicitur flos caducus, lacera domus, diversorium breve, carina vetus, cymba sine remige, cæcitas sine Duce, iter lubricum, tecta fovea, præcipitium latens, rodens sed silens tinea, opertus lacus, abditum rete, procellosum pelagus, ventosum littus, cupiditatum vorago, caminus irarum, puteus odiorum, peccatorum incendium, putre ædificium, ruens murus, fragile fundamentum, tectum labens, læta angustia, pax instabilis, rotâ volubilior statio, blanda fallacia, pax infida, excusata nequitia, laudata fraus, querulum suspirium, contentiosus strepitus, obliviosa peregrinatio, odium, amor, exilium, miseriæ regio, dæmonum principatus, mortalis casus, vitalis mors, inutilis cura, supervacuus appetitus, apparatus vermium, longa funis, pomposa vanitas, periculosa reputatio, superba miseria, & miseranda vita. Verba sunt *Petrarchæ* catholici, in quadam epistola.

Optimè igitur quidam corpus nostrum telæ, quæ texitur, comparavit, cujus filum filo additur, ut postremo succidatur. Sic corpori nostro nedum dies diei, sed ærumnæ miseriis, miseriæque ærumnis succedunt. His itaque cogebatur Apostolus exclamare, cum dicebat : *Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus ?* De hoc autem exilio, de hoc carcere fœtido, de hoc periculoso Labyrintho, noster princeps, *Rex serenissimus*, abiit, gratè mortem, & hanc miserabilem vitam devotè finivit, & lætabundus ad eam, quam quærimas patriam, evolavit.

Non quidem juventutis tempore, quando mors est acerba, & præmatura, nec in decrepita aut amenti senecta, sed in sua virilitate virtuosa & honestissima. Et quia laudabilis vitâ fuit, ideò laudabilis felicem mortem suscepit. Quippe gustavit, quam quisque justus præoptat. Cupiebat enim dissolvi & esse cum Christo. Quare *illius mors* fuit in con-

spectu altissimi & omnium *pretiosa*, quæ nil aliud operata est, nisi *ut spiritus liberè de mundo exiret*, corpus requiesceret, & anima in debitam requiem locaretur.

Unde mors ista fuit *serenissimo Principi* velut stipendium suarum virtutum illustrium, & summa plenitudo mercedis. Bene dicitur ideo: *Rex iste lætabitur in Deo. Domine, in virtute tua lætabitur Rex, & super salutare tuum exultabit vehementer, Psalm. XXVIII.* Et meritò lætabitur. Lætabitur nempe, reliquisse corporis onera & incommoda hujus vitæ, exuisse infausta pericula. Lætabitur, hujus mundi vicisse pericula, delicta & crimina. Lætabitur, gaudia obtinuisse cœlestia.

Bene itaque respondeo, quod *Rex lætabitur in Deo.* Quare merito potest dicere cum rege David, *Psalm. IX. Lætabor & exultabo in te, & confitebor nomini tuo, altissime.* Et cum *Tobia c. XIII.* Ego autem & anima mea lætabimur. Quod sibi nobisque concedat JEsus Christus benedictus, qui cum patre & Spiritu sancto vivit & regnat per infinita secula seculorum. Amen.

ALBERTI de BonChristianis, Florentini, Episcopi Forliviensis, solennis Oratio de Passione Christi habita Constantiæ in Concilio præsente Martino V. Pontifice

A. M CCCC XVIII. Die Veneris sancta.

Ex Codice MSC. Lipsiensi.

In MSC. Lips. PRæsul sanctissime, dignissimique totius orbis Cardines, Reverendi DominiPrælati, & cæteri omnes, Attente placeat intelligere, videlicet qualiter pro *decedentis* temporis nivescente & virtuosa repræsentatione, pro *occurrentis* operis clarescente & fructuosa reservatione, pro *assistentis* oneris demulcente & gratiosa toleratione, sint, & pro nostri sermonis inchoatione, verba sacri oraculi, quæ originaliter & primitive in *LIII.cap.Esaiæ* habentur, transsumtivè verò in *prophetia hodierna* legimus: Videlicet *Livore ejus sanati sumus.*

Ex quibus singultibus, corde afflicto, vocibus querulosis & oculis lacrymosis, heu! cogor à fletu ordiri *sermonem gravem & durum*, Christi livoris propositi conspiciens mysterium. *Gravem & durum* procul dubio, Beatissime Pater, eò, quod dum Christus patitur, vita deficit & occidit: Ut ait *Anshelmus Canthuariensis, in suis meditationibus: Et quid erimus? Via consumitur, & quo ibimus? Quid fiet, quia veritas damnatur, justitia prohibetur, iniquitas ingreditur, misericordia vituperatur, crudelitas laudatur, sol obscuratur, luna denigratur, sidera disperguntur, & infinita latitudo, longitudoq; à finito capitur, & æternitas mensuratur.* O mirabilis conditio, ô stupenda compassio, o inexpectabilis dilectio! Quis enim talia intelligere, concordare & enarrare extra fidem valeret? Nam ut verbis utar *Chrysostomi, in De Reparatione lapsi: Non Grammatici, nec Priscianus nec Euripides, non etiam Rhetorici, non Tullius aut Demosthenes. Non quidem læti musici, non tales sunt Tubal aut Socrates; Non Geometrici, non Euclides, aut Parmenides; Non alti Methaphysici, non Plato aut Aristoteles. Non tales sunt Dialectici; Nec Zeno nec Empedocles; Non practici Arithmetici, Non Leucippus aut Pythagoras; Non Mathematici, ut Polycrates aut Phidias. Non occupati Medici, ut Galenus & Hypocras. Non magni Astronomi, ut Tholosanus aut Campanus. Non morales Juridici, ut Justinianus aut Ulpianus: Non pessimi hæretici, ut Sabellius aut Arrius.*

Quis prædicta intuens non doleat? Quis non condoleat? Quis tam feri, tamque ferrei pectoris? Quis cordis dolorem, lacrymarumque affluentiam valeat continere, cum *orbem* videt *suo autore, duce & pastore* tam impie *privatum?*

tum? Deficit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster, cecidit corona capitis nostri *Thren.V.* Plangat ergo, plangat, doleat, & ululet universa terra super se ipsa, pro tanto, & tali livore, sicut dolere solet super morte unigeniti *Zach.XII.* Atque erumpat & clamet devota anima, suo dilectore, suo pacis latore, suoque orbata decore. Nam virtus est tristari, in quibus oportet, & ubi oportet, Ethic. IV. Defleat & contremiscat tota mundialis machina, quemadmodum inquit *Hieronymus super Matthaum.* Omnis creatura compatitur morienti, terra movetur, petræ scinduntur, velum templi dividitur, sepulcha aperiuntur. Solus miser homo non compatitur, pro quo solus Christus patitur.

Unde Catholica nostra militans Ecclesia *his diebus* cantica lætitiæ, & in figura decoris, nititur omittere. *Divinum adjutorium* non audet in suis officiis præmittendo postulare. Assuetam gratiarum matrem, juxta crucem afflictam, pro patrocinio veretur salutare, revera afflictam, quoniam, ut dicit *Anshelmus*, Christi mater nunquam non juxta crucem, imo in cruce cum filio. Vulnera, in filii corpore dispersa, fuerunt in corde matris unita. O mira res! Tota virgo beata fuit in vulneribus Christi, imo totus Christus crucifixus fuit in intimis visceribus cordis sui.

Qua de re dum hæc inter me meditor, mihi fateor animus vacillat, mens trepidat, cor riget, linguaque muta traditur ori; Et quia, ut scribit Divus *Hieronymus ad Heliodorum*, ingenium nostrum, ultra vires si audet, succumbit: Carentes sumus divini adjutorii, per Christi mortem facti pupilli, absque Patre, & Dei genitricis consueti patrocinii desolati.

Quia facta est quasi vidua Domina gentium *Jer. I.*

Ne ex metu & insufficientia sermo noster sit inanis, Carissimi, *vulneremus cor nostrum*, si volumus, cum egeamus recipere auxilium ipsum, scindendo aperiamus clavis & lancea, amplectentes Christi crucem, & vulnera. Nam ut occurrendo nobis clamitat Ecclesia, *crux est salus, vita, & resurrectio nostra.* Per ipsam enim infernus spoliatur, dæmones terrentur, comprimuntur, vincuntur, & conculcantur; Per ipsam cœli civitas restauratur, & nobis iter panditur.

Ipsam igitur in nostri sermonis exordio orabo, ut corda nostra illuminet, linguamque meam dirigat rectam, ita ut ineffabile & grande suum mysterium absque vestri, Beatissime Pater, & tantorum tædio Dominorum adstantium, valeat felici & grato explicare sermone, dicendo cum devotissima humiliter Ecclesia: *O crux ave, spes unica* &c.

Implorato aliquali præsidio, thema resumo fidentius, scilicet: *Livore ejus sanati sumus: Libro & capite ubi supra.*

Beatissime Antistes, & celeberrimi mundi firmi Cardines, reverendique Prælati, & Domini, & cæteri omnes. In hac sanctissima *passionis celebratione* stupens devota anima, cujusdam excessusque admiratione suspensa, *tres* de proposito themate *quæstiunculas* in medium ingerit & movet sub hac forma:

Estne humanæ activitatis, ut se redimat ex sua potestate, quia dicitur, quod *Ejus livore?*

Estne divinæ entitatis, mereri ex sua bonitate, quia dicitur: *Sanati?*

Estne *operantis veritatis*, aliud ut faciat ex concessa libertate, quia dicitur *Sumus.*

Propter *primum* respondit David, quod homo est spiritus vadens, & non rediens, *Ps. LXXVII.*

Propter *secundum* respondit Apostolus, quod est in salutem omni credenti virtus ejus, *ad Rom. I.*

Propter *tertium* respondit Evangelium: *Non, qui inceperit, sed, qui perseveraverit, salvus erit Matth. X.*

Et propterea concludunt verba, quæ proposuimus, quod *livore ejus sanati sumus*

Propter quæ *tria*, ecce *primo* præmittitur *Demonstrativa afflictionis expressivum mirabile*, quo splendescit *amor patientis dignitatis*, cum dicitur: *Livore ejus.*

Adjungitur *secundo Declarativa ostensionis completivum peroptabile*, quo lucescat *ardor merentis novitatis*, cum dicitur *Sanati.*

Tertio

Tertio concluditur *consecutiva positionis inductivum delectabile, quo clarescit valor operantis veritatis*, quia dicitur : *summu*.

Et quoniam sacratissima attestante Scriptura, unusquisque onus suum portabit, ut ita dicatur : Filius non portabit iniquitatem patris, sed anima, quæ peccabit, morietur : Satis apparet, quod, si *pœna & afflictione* debebamus *sanari*, non per alienam, sed per propriam hoc decens fuisset fieri. Hinc, pissime Pater, Reverendique, qui adstatis, omnes, animæ contemplanti oriebatur primum dubium, quo quærebatur : *Estne* &c. quia dicitur, quod *ejus*, scilicet Christi, *livore*. Quia JEsus peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus. Absonum esset & juri contrarium, quod *non delinquens* patiatur, reus verò & delinquens absolvatur, & relaxetur. Nam, ut testatur *Augustinus*, Divina justitia non plus exigit in pœna, quam commissum sit in culpa. In qua quia fuit primus *homo*, pœnam non debebat portare, nisi ipse solus. Quam si non poterat, optimum, cum sit Deus omnipotens, erat, imo secundum nostrum modum intelligendi levius, ut peccatum simpliciter dimitteretur, quam Dei filius injuste pateretur.

Contrarium tamen apparet, respondendo ex mente Divi *Ambrosii*, & allegatur à *Magistro in III. Sententiarum, in di. XIX.* quod formans Deus hominem, & ipsum ponens in Paradiso, paulo minus ab Angelis eum minuens in esu vetiti pomi de paradiso oportuit expelli. Quoniam, ut scribit *Anshelmus* in primo : *Cur Deus homo ? Sicut Deus non potest facere aliquod malum, ita nec potest aliquod inordinatum. Et pro hoc quod contra ordinem erat, peccatum impunitum dimittere, decrevit humanam naturam Deus non intromittere ad sui contemplationem nisi in homine uno tanta existeret humilitas, quæ omnibus sufficere posset, sicut tanta superbia fuerat in Adam, quæ omnibus nocuerat, cum oporteat satisfactionem esse secundum mensuram delicti, Deut. XXV.* Et quia habebat culpam, quæ erat infinita, sic debebat esse satisfactio infinita.

Imo communis est Doctorum conceptio, quod ea sit *ratio*, quare de peccato non potest *à nobis* fieri recompensatio : Cum nihil habeamus quod ponderet, & æquale sit ei infinito bono, quod per peccatum amittimus. Omnes enim debitores eramus, & nulli propria culpa. Et sic impotentes eramus, ad immolandum hostiam sufficientem nostræ redemtionis, nisi Deus nobiscum esset.

Nec sufficiens & congruum erat, quod *per angelum* restauratio & prædicti debiti solutio fieret, sive *per* quamcunque aliam *creaturam*. Quod si esset, nullatenus restauratus esset in illam dignitatem, quam habiturus erat, si non peccasset. Cum constet, tam Angelicam naturam, quam humanam per se peccasse & cecidisse.

Et nisi *homo* fuisset, qui Diabolum vicisset, non juste sed violenter homo tolli videretur, qui ei se sponte subjecerat. Sed si homo eum vincebat, jure manifestato hominem perdere debebat.

Oportuit ergo ad congruam *restaurationem*, & condignam debiti *satisfactionem*, ut esset, *qui deberet & qui posset*. Quæ satisfactio ab eo, qui debebat, & ab eo qui poterat, nequaquam reperiebatur *nec in solo Deo, nec in solo homine*, nisi Deus uniretur homini.

Quia Deus poterat. Consequens fuit igitur, ut, qui hoc faceret, esset *homo Deus*, non alius & alius. Et hoc erat de mente *Anshelmi*, ubi supra, continuando : *Non sit idem quod & homo. Impossibile est, quod ambo faciant, quod tamen fieri necesse est, scilicet condignam debiti solutionem.* Unde æternus parens, nostræ misertus est impotentiæ, nostræque ignaviæ, missurus eam solutionem quam diuturno studio ac labore minime attingere poteramus, de cœlis veniens, carnem passibilem assumens, morti se amarissimæ subjecit, ut, sicut Adam ex superbia consummaverat peccatum in comestionis delectatione, quæ fuerat per omnes ejus sensus, ut habetur *Gen. III.* Ita Deus ex humilitate, descendens ad unionem humanæ naturæ, ut pro ipsa satisfaciendo omnium sensuum

ſenſuum dolorem pateretur in maxima acerbitate.

Sed oritur dubium ex dictis, Pater beatiſſime, *de* acerrima *Christi passione.* Cum *nullus affligatur in eo, quod sponte & voluntarie suscipit.* In Chriſto vero, ut *Damascenus* dicit, nihil coactum conſideratur, ſed volens ſitivit, & volens eſurivit, *Joh. IV.* Volens & paſſus & oblatus eſt *Joh. XIIX.* Et in prophetia hodierna. Imò *non compatiuntur* ad invicem *summum gaudium* & *summa tristitia*: Cum unum ſit alterius corruptivum. Chriſtus vero habuit ſummum gaudium ex divinæ eſſentiæ ſumma & continua fruitione beatifica. *Non* ergo *apparet, quod aliqualiter pati potuerit.*

Pro quo intellectu eſt advertendum, quod *pœna* aliquando accipitur, prout eſt *contra naturam patientis*, ſecundum quod extrahitur ex atteſtatione *Tullii in primo de Officiis.* Ibi *Omni generi animantium eſt de natura tributum* &c. & ab *Ovidio in de Remediis, ibi: Ut corpus redimas* &c. 1. Quibus concordat & *Augustinus in VI. de civitate Dei. Ibi* &c. *Quod sentire poteſt, naturaliter vitat incommodum.* Quomodo legitime paſſio Chriſti fuit pœnalis, quia contra ejus naturam, eò quod habuit corpus optimæ complexionis, propter organizationem mirificam, & optime conveniens animæ, cum in ipſo fuerit elementorum ordinatiſſimus ordo. Unde in ejus ab anima ſeparatione, & diverſarum pœnarum perpeſſione, non potuit niſi maxime dolere & pati.

Aliquando accipitur *pœna*, prout eſt *contra voluntatem patientis*, juxta diſtinctionem *Augustini* in *lib. de spiritu & anima*, ſive *contra voluntatem sensualem* ſeu naturalem. Et ſic etiam fuit maxime pœnalis. Nam ſecundum iſtam factus eſt ſudor ejus ſicut gutta ſanguinis decurrentis in terram, & calicem paſſionis poſtulabat amoveri, quando fuit in agonia, dicendo: *Tristis est anima mea usque ad mortem.*

Vel accipitur prout eſt *contra voluntatem rationis*, ut ratio eſt. Et ſic non fuit maxime pœnalis, quia ratiocinabatur ſic de fine rationis & voluntate ſui patris. Unde dicebat: *Non quod ego volo, sed quod tu: Fiat voluntas tua.* Et per hanc oblatus eſt, quia voluit.

Sed hinc longe majus excitatur *dubium*, Pater beatiſſime. Quia intellectus, qui eſt ſimpliciſſima potentiarum, ut inquit *Philosophus in Topicis*, licet plura poſſit ſcire, non tamen valet plura intelligere ſimul. Quia non eſt alicujus ſcientiæ niſi objectum unum numero. Quomodo hoc erit, quod voluntas Chriſti in uno & eodem indiviſibili tempore potuit moveri pluribus motibus, & ad plura objecta, niſi diceretur, hoc fuiſſe *prater speciem humanam.* Sed hoc eſſet erroris inductivum. Cum in Chriſto nihil fuerit contra ſpeciem humanam, divinitate accepta. Nec apta ſupra dicta diſtinctio, quæ, ut dicunt Doctores, non eſt alia, quam realitatis & formalitatis, quæ diverſificare minime habet realitatem rei.

Ad quæ reſpondet *Albertus Magnus.* Qui fundamentum deſtruendo inquit, quod *non est inconveniens, contraria inesse eidem simul*, quorum unum eſt materiale, & alterum finis rationis. Et ſic dicit una potentia in uno & eodem indiviſibili tempore apprehendit paſſionem ut inſtabile, & gaudium fruitionis, ut delectabile.

Tamen mirabile videtur, quod Chriſtus in gaudio fruitionis exiſtens pœnam potuerit apprehendere paſſionis: Cum de Moſe dicatur, quod XL. diebus exiſtens cum Domino dulcedine divinæ contemplationis abſtractus non ſenſerit paſſionem famis & ſitis. Et ſic dicitur de multis aliis. Quomodo, cum Chriſtus in multo majori dulcedine fuerit ab inſtanti conceptionis ſuæ per ſummam fruitionem, etiam non fuerit & ipſe ab omni ſenſu paſſionis abſtractus?

Ad quod etiam reſpondet idem *Albertus Magnus*, dicens, quod Chriſtus habuerit contemplationem comprehenſionis: quæ alia eſt à contemplatione abſtracti & rapti à ſenſibilibus. Et ideo non fuit inconveniens, quod, ſi alii, qui contemplationem abſtrahentem vel rapientem habuerunt, pœnas non ſenſerunt, quia abſtracti à ſenſibilibus, quod ſimiliter Chriſtus fuerit abſtra-

stractus ab omni sensu passionis, qui similem illis contemplationem non habuit. Imo, in gaudio prædictæ fruitionis existente, motio contraria objecti disconvenientis in potentia sensitiva organica naturæ assumtæ, erat causa tristitiæ in potentia volitiva suæ animæ.

Tamen, ut dicit *Johannes de Ripa*, ipsi potentiæ volitivæ suæ animæ, qua fruitive & inhærenter se habebat, summo & incommutabili bono, ratione cujuscunque objecti disconvenientis, non poterat intrinsece correspondere aliquis dolor, seu aliqua tristabilis passio. Quia anima Christi secundum talem volũtatem fuit perfecte beata. Et voluntati perfecte beatæ non potest correspondere aliquis dolor, seu aliqua tristabilis passio.

Pro quibus omnibus, dimissis declarationibus, à Doctoribus *dua* catholicæ recipiuntur *propositiones*.

Prima, quod satisfactio, nedum fuit facta à Christo secundum portionem superiorem fruitivam voluntatis Christi, ex libera complacentia passionis, verum & secundum portionem inferiorem per sensibilem passionem.

Secunda propositio. Quod, licet in anima Christi non potuerit esse dolor vel tristitia respectu voluntatis naturalis, unitæ potentiæ sensitivæ, tamen ipsi potentiæ sensitivæ, per nullam redundantiam à superioribus viribus ad inferiores, passio fuit vel dolor aliquo modo immoderatus. Imo ut *Damascenus* dicit; Unicuique virium Christus in ejus passione permisit agere, quod fuit sibi proprium.

Potuitne, Pater beatissime, nisi maxima esse doloris & passionis acerbitas, ut dicit beatus & devotus *Bernhardus*, cum iniquissimi Judæi sine omni misericordia in Christum sævientes immanissimis verberibus totum corpus ejus scinderent. Quæ corporis scissio & doloris acerbitas clarius apparet intuendo, *à quibus fuit passus, pro quibus* & *in quibus*.

A quibus? Quia *a gentibus* & *Judæis*, à *masculis* & à *fœminis*: Ut de *ancillis* Petrum accusantibus: Et à *ministris* eorum *Ps. III.* *Quare fremuerunt gentes* &c. Et à *familiaribus* & *notis*, ut de *Juda* eum prodente, & *Petro* eum negante. Item à suis *amicis* cum deserentibus, de quibus dicitur in Psalmo: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utiq;*.

Pro quibus fuit passus? Dicit Apostolus: *Pro nobis omnibus*, scilicet, pro sceleratissimis *inimicis*, pro *nequissimis* mancipiis, pro generaliter *corruptis*, pro vili spermate, sacco stercoris, pro cibo vermium, pro contemtoribus suæ majestatis.

Item intuendo, *in quibus* fuit passus? Quia in fama, *per blasphemias*; In honore & gloria per *irrisiones* & contumelias: In *rebus*, *per expoliationem*: In *anima*, per *tristitiam* & *timorem*: In *corpore* per *vulnera* & *flagella*.

Item in omnibus membris. In *capite* coronam pungentium spinarum; In *manibus* & *pedibus* fixionem clavorum, in *facie* alapas & sputa, in *toto corpore* flagella.

In omni *sensu* corporeo. Secundum sensum *tactus*, durissime flagellatus, secundum *gustum*, amarissime potatus, secundum *odoratum*, in loco calvariæ cadaverum in cruce appensus, secundum *auditum*, voce blasphemantium lacessitus, secundum *visum*, ejus piam matrem aspiciens in fletibus, devotissimo attestante *Bernhardo*, quod plus cruciabatur dolore matris, quam passione corporis. Quæ apertius patent in Evangelio.

Sed cur per tot & tanta evagando transcurrimus, cum sapiens dicat: *A planta pedis usque ad verticem capitis non erat in eo sanitas.* Unde *Hilarius* in *X. de Trinit. Unigenitus Dei filius ad peragendum mortis suæ sacramentum consummasse in se omne humanarum genus passionum*, testatur, *cum inclinato capite emisit spiritum.*

Ex quibus, *cum fuerit separata anima à corpore*, divinitas non à carne, quia quod semel assumsit nunquam dimisit, sed ab humanitate, quia Christus non fuit homo in triduo, dicunt communiter Doctores contra Magistrum: Sanguis à corpore & sanguis a divinitate: Sequitur, quod maximo dolore & afflictione *vere* fuit *mortuus*. Cum mors ultimum terri-

terribilium non sit alicujus rei consumtio, sed conjunctorum separatio, ut dcit beatus *Dionysius III. libro de Ecclesiastica hierarchia.*

Congrue igitur diebus his ab Ecclesia in persona Christi frequentatur, quod dictum *Thren. I.* scilicet: *O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor similis, sicut meus dolor.* Quasi dicatur: Diligenter meditamini & considerate, quod major dolor pro debiti vestri solutione esse non potest. Multo plus existens humiliatus, amaritudinem mortis gustando, quam Adam superbierat per esum ligni vetiti, noxii delectatione perfruendo.

Sed quid, *Videte*? Videte, ut dicit *Augustinus in libro de virginitate*, vulnera pendentis, sanguinem morientis, pretium redimentis. Caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandum, totum corpus expositum ad redimendum. Hæc quanta sint cogitate! Hæc in statera cordis vestri appendite, ut totus nobis figatur in corde, qui totus pro nobis fixus fuit in cruce.

Sed mirantur Patres sancti, quod, cum *plures* essent *modi*, unde *redimi* poteramus, solum Dei elegit filius *pati pro justitia*, quàm per *potentiam* misereri. Quis dubitat, quod aliam personam poterat assumere, ut de alio genere. Imò ut dicit *Magister in XII. di.* sola jussionis virtute nos liberare poterat, & alio modo.

Sed propter rectitudinem justitiæ, sapientiæ & potentiæ cum non deceret, *noluit*. Et sic intellexit *Magister*, dicens: Ad nostræ miseriæ sanationem *convenientiorem modum non fuisse*, nec esse oportuisse. Non enim sic oportuit. Quod si *potentia* nos salvare potuisset, *jure* æquissimo diabolum non vicisset. Sed juste postposuit Christus, quod potuit, ut primo faceret, quod oporteret. Quoniam, ut *in eadem dist.* dicit *Magister*, placuit Deo, ut non *potentia*, sed *justitia* Christus vincens Diabolum, hominem erueret, ut in illo homo eum imitari disceret, potentiam justitiæ non anteponendo.

Sed ô! Quæso! In medium venirent *potentia* & *justitia* Dominorum & *Prælatorum*, imo & cunctorum, & dicerent, si in agendo potentia *exemplo Christi* justitiæ postponatur? An *justitia per potentiam patiatur?*

Outinam, Patres, tempus locusque daretur, ut, quam *justitia vel potentia admodum pauci imitatores*, licet Christus reliquerit, sint, plane liceret ostendere! NON prohibetur *potentia* tanquam ad regimen necessaria, sed *recta & licita* ostenditur quæ sit: *Ea posse quæ de jure liceant.* *Qua non utuntur plerique*, dicentes: *Multa de jure non licent, quæ tamen facta tenent.*

Hi male intelligentes, obliti sanctæ societatis, *quos* caros habere *tuerique deberent*, *non parvis afficiunt incommodis.* Illa proprie *potentia* censenda non est, sed pœna peccati. Quamquam enim pares fortuna non dederit exitus, *eadem* tamen a natura cunctis hominibus tributa est *potentia*, honorisque dignitas, ut sensit *Aurelius Augustinus de civit. Dei. c. IX.* dum dixit ita: *Deus hominem condidit*: Nam, *Dominetur*, inquit, *piscibus maris & volatilibus cœli* &c. *Rationabilem factum ad imaginem suam non nisi irrationabilibus voluit dominari, non hominem homini, sed hominem pecori.* Et sequitur conditio, *Quippe servitutem culpa meruit, non natura.* Idem scripsit *Seneca in suis epistolis ad Lucillum*, dicens: *Ista nomina* servus & libertinus *a natura homini non sunt, sed vitio venerunt.* Diabolus enim perversitate sua amator est potentiæ, oppugnator desertorque justitiæ. In quo *homines* eum imitantur, Quia neglectâ justitiâ, imo etiam passâ, *potentiæ magis student*, ejusque adeptione lætantur, vel cupiditate inflammantur. Certe, proh dolor, in potentiâ mutantur plerique. A quibus nostra mater, militans *Ecclesia* ad instar sponsi Jesu Christi multipliciter affligitur.

Nam proditur, exspoliatur, flagellatur, spinis coronatur, irridetur & velatur. In cruce ponitur, & affigitur, ejus latus aperitur. Et tenebris existentibus super terram, dum mortua putatur, divino miraculo exsurgens gloriosa apparet, & videtur.

Pro-

Proditur, inquam: Dum *in sacramentis*, consecrationibus & benedictionibus, componitur, & *momentaneum pretium inde recipitur*.

Expoliatur: Cum *sententia* in tantum *differuntur*, quod *pauperibus litigantibus plus quam totum aufertur*: Unde oritur *expensarum* major *sumtus*, quam sequatur sententiæ fructus.

Flagellatur: Cum jugi meditatione delectabile amplectimur, & molestum, licet salutiferum, spernitur.

Spinis coronatur: Scilicet, quando solicitudine multiplici *in honore* per jactantiam quis effrenatur, *non curans prodesse, sed glorians præesse*.

Irridetur & regaliter salutatur: Dum ejus *vera sapientia terminis dialecticis & juvenilibus sophismatibus promulgatur*, & eorum *garrulitas pro autoritate habetur*.

Ejus visio læditur & velatur: Dum *in promovendis*, *virtus* asseritur, ubi non est, & *pretio venalitati exponitur*. Unde *virtuosi* paupertate depressi repulsam patiuntur.

Tunc *in cruce ponitur* & in manibus confoditur: In prosperitate sanctæ *unionis scindi* a nonnullis si procuratur.

Consequenter pedes affiguntur, dum in omnium defensionibus *proprii antoponuntur affectus*.

Ejus *latus aperitur*: Dum sui sacri cardines impugnantur, ut eis Christi sedes in terris non corroboretur.

Sed divina dispensatione & miraculo *exiit continuo sanguis & aqua*. Quia ejus, scilicet sanctæ sedis, *gratia* & misericordia, multipliciter, non obstante *malorum prædictorum sorditie, offertur*, & *petentibus promulgatur*.

Tenebræ autem fuerunt super terram: Quando quisque de Præsulibus, *se Pontificem gerens*, tenebræ fidelium, instabili ambiguitate plectebatur.

Et congrue, dum mortua putatur, *resurrexit*. Quia *Ecclesia* in totum extingui non potest, ut scribit Apostolus. Oravit pro ea ad Patrem, ne deficeret, & ipsius oratio exaudita extitit. *Luc. XXII. XXIV. q. 1. Pudenda.*

Quis enim tam perspicui ingenii, tamque pollentis extitit, ut de principiis & mediis prognosticatus fuisset, sequi conclusionem tam mira *unione*? Certe nullus. Quia a Domino & non ab homine factum est illud, *Ps. CXVIII.* Certe solum a Domino surrexit. Imo Christi oratione vere Dominus dedit, dispersa & divisa reducendo. Dominus *abstulit schisma pestiferum*, reducta in unum vivificando. Nec mirum. Quoniam passus est, ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. *Joh. XI.* Igitur sit nomen Domini benedictum, *Job. I.* quoniam non amovit orationem, scilicet Christi, ab Ecclesia, & misericordiam suam a nobis, *Ps. LIII.*

Audivistis igitur, ad propositum redeundo, in rectitudine, universi, pro eo, quod humanum genus nequibat se redimere, in Christo vero patiente *pro nostra redemtione*, & mutatione, concurrisse acerrime plurimarum pœnarum congeriem. Ob quam, ut devotus scribit *Bernhardus*, voluit in altum ascendere, ut longius audiretur, in medio terræ esse, ut melius videretur, fortiter clamare, ut nullus excusaretur, *justitiam* adimplendo, ut illam imitaremur.

Ne ergo, carissimi, perditus sit *fructus passionis*, diligite illam, qui judicatis terram; in illam studete, illam amplectimini, ab ore non recedat, in corde sedeat, illam pro corona statuatis, istam pro sceptro in manibus portate, nullus sit timor, per quem ab ea recedatis. Timete eum potius, qui animam mittit in gehennam, & corpus. Quod, o Domini, ad oppositum nos inducet. Nonne, cum inimici essetis, reconciliati estis Deo per mortem filii ejus? Quod pretium quid prodest vobis, si universum mundum lucremini, in anima vero detrimentum patiamini? Estne pretium majus eo, quo emti estis? Aut est amor æqualis ejus amori, qui proprio filio non pepercit, ut animam suam poneret? Nemo majorem hac dilectionem habet.

Excita ergo mentem tuam, o anima Christiana, memento resurrectionis tuæ, recogita redemtionem tuam, versare meditatione, & delectare in contemplatione ejus. Excute fastidium tuum, fac vim cordi tuo, incende in hoc mentem tuam, gusta bonitatem Redemtoris tui, attende in amorem & dolorem salvatoris

salvatoris tui. Mande favum verborum, suge plus quam intellectum saporem, gluti salubrem dulcorem; Mande cogitando, suge intelligendo, gluti delectando, delectare amando, jucundare glutiendo. Verba sunt *Anshelmi, capitulo de meditatione passionis Christi.*

Ex quibus redditur satisfactum animæ de *primo* dubitabili, propter quod præmittebatur *demonstrativa afflictionis expressivum admirabile*, quo splendescit *amor patientis dignitatis*, quia primo dicitur: *Livore ejus.* Attritus est propter scelera nostra, *Es. in præalleg. cap.* Et hoc de primo.

Et quia ad finem debet perducere, quæ visa est intentio prudentis suscepisse, cum, sicut perfectam laudem generant, sic & vituperationem, quæ mediis conatibus ægra deseruntur, ut dicit *Tostatus Variorum suorum lib. 3. Epist. 31.* Inde, Pater piissime, *secundo* dicebatur, quod movebatur anima audiens sanitatem per Christi livorem, ad petendum: *Estne divina entitatis mereri ex sua bonitate?* Quia dicimur *sanati ejus livore.* Ac si dicat: Apparet, quod nobis sanitas sit, pro merito Christi livoris: Cum anima Christi mundissima, omnibus naturalibus ornata, præservatione non indigens, in instáti suæ creationis informata omnibus virtutibus & sapientia, & omni gratia, tantam habuit plenitudinem spiritualium charismatum, quod in eis proficere non potuit, nec melior esse potuit, quam ab initio suæ creationis extiterat, ut dicit Divus *Gregorius.* Non enim habuit omnino Christus animæ meritum, quo potuerit proficere: Non igitur videtur, quod plus meruerit per livorem crucis, quam in conceptione meruerat per gratiam virtutum. Nec apparet, quod per ejus livorem mereri debeamus, imò demereri. Quis hominum, si innocentem occidit, præmiari debet? Et qui meretur proficit. Christus vero non potuit. Nec quis meretur in eo, quod non agit. Deus enim omnis doloris immunis extitit. Quomodo igitur patiendo pro nobis meruit? Pro quibus meruit.

Facit, respondendo, quod dicit D. *Ambrosius*, quod propter carnem unitam verbo, & propter animam, quæ dolorem sensit, Deus dicitur passus. Qui adducens dictum Apostoli, Christo in carne passo, inquit; *Ibi docetur, qua ratione Deus vel Dei filius sit passus vel mortuus, vel meruerit, non quia mortem sensit, in quantum Deus est, sed quia caro ei unita vere mortua est.* Quod etiam de mente erat D. *Augustini*, dicentis: *Si quis dixerit, atque crediderit, filium Dei Deum passum, anathema sit.* Unde per communicationem idiomatum dicitur: Passus & mortuus est Deus, &, non passus, nec mortuus est Deus.

Secundum hanc traditionem potest stare dictum *Johannis Damasceni*, dicentis, quod *aliquid fuit passibile in Christo JEsu crucifixo simpliciter*, scilicet *corpus; aliquid impassibile, sicut divinitas, quæ cum sit impassibilis, non est compassa corpori.* Sicut sole superlucente in ligno, si securis incidit lignum, incisibilis & impassibilis remanet sol.

Quibus concordat *Ambrosius*, in *sermone de resurrectione Christi*, dicens: *Christus crucifixus resurgebat secundum carnem, quæ caro vere mortua fuerat, non secundum verbum, quod semper apud Deum manebat; Secundum quam resurrectionem* non dicitur verbum meruisse interpretative ex sua passione, quemadmodum pro bono peccatori restituitur majus bonum. Nec meruit communiter, sicut a sanctis ex condigna prævia gratia meretur peccatori: Sed meruit sibi verbum per suam passionem de debito, ex habitu faciens debitum, ut ex actu plenitudinis gratiæ habuerit omne bonum, cum pro temporis successu ex actu gratiæ in operibus suis excellentibus fecit quod sibi debetur, fecit ex actu, quod sibi debebatur ex habitu, ut scilicet accelerationem resurrectionis, glorificationem sui nominis, impassibilitatem animæ & carnis, & traditionem judiciariæ potestatis. Tamen, ut dicit *Augustinus* super illo verbo, quod claritas Christi ejus humilitatis fuit præmium. In forma servi hoc totum factum est. In forma Dei semper fuit, & erat claritas. Et sic Christus non profecit per suam passionem secundum animæ meri-

meritum, quantum ad virtutem meriti, profecit tamen large, quantum ad numerum meritorum, quia plura habuit merita in passione quam in ejus conceptione. Sed majoris virtutis non extitit in merendo plura, quam fuerit in merendo pauciora. Et sic anima illam habuit in se post mortem, quam non habuit ante. Sed absit, quod inde fuerit melior, qui non fuit sanctior, nec gratia cumulatior, nec beatior, quam ante in Dei contemplatione, in quo beatitudo proprie consistit. Nisi diceretur, quod per hoc fuit beatior, quia ab omni pœna immunis. Sed ex illo nequit inferri simpliciter, quod beatior fuerit. nec inferri debet, tacitæ respondendo objectioni: Si virtutes ad hoc merendum Christo sufficiebant, ad quid igitur voluit pati & mori? Nam pariformiter dici posset, cum minima gutta sanguinis Christi fuisset sufficiens nostræ redemtionis pretium, cur, quando circumcisionem accepit, ulterius pati voluit?

Horum prosecutionem omitto, tum, quia sentio me prolixum, tum etiam, quia solvi, prout per præcedentia. Ad *secundum*, scilicet, quod etiam *pro nobis meruit*, devenio. Meruit enim virtute sui livoris Christus, ut Deus nullum peccatorem accedentem sub hoc nomine Jesu respuat, juxta sensum *Anshelmi lib. II. Cur Deus homo?* inquientis: *Necesse est enim, quod Pater retribuat filio, alioquin injustus esset, si non velit, vel impotens, si non posset. Sed retribuet filio, cujus omnia, quæ Patris sunt, antequam pateretur, erant, nec unquam aliud debuit. Ratio autem, quare nullum accedentem refutat, est, quia pro uno sicut pro omnibus, & pro omnibus sicut pro uno, & tanquam pro omnibus passus est.* Ideo aliqui volunt, quod, si unus homo tantum redimendus fuisset, pro isto passus esset, & inde meruit redemtionem nostram, non sic in quolibet motu suo, in quo quodlibet meruit nobis vitam æternam, in potentia, sed in effectu, sive ex habita satisfactione pro originali reatu, ita ut amota ignea romphæa liber ad cœlestia nobis pararetur introitus. Nonne, quicquid culparum erat, unde nos Diabolus ad luenda supplicia detinebat, Christus extinxit, ut in hac vita tentando nobis non prævaleat. Licet enim nos tentet post mortem Christi, quibus modis ante tentabat, non tamen vincere potest, sicut ante vincebat. Nam Petrus, qui ante Christi mortem voce ancillæ territus negavit, post mortem ante Reges & Principes ductus non cessit. Unde *Augustinus lib. de Civ. Dei c. IIX. Christus alligavit fortem vinculis passionis suæ. Intravit in domum ejus, id est, in corda eorum, in quibus habitabat, & vasa ejus, sive nos diripuit, quæ ille impleverat amaritudine sua, & ea eripiens & sua faciens fudit amaritudinem, & replevit dulcedine, adoptionem filiorum largiens, & a peccatis suo merito nos redimens.*

O! quibus & quantis, divino amoto merito, laboravimus & laboraremus infirmitatibus! Quæso quid aliud indicat horrenda quædam profunditas *ignorantiæ*, ex quo omnis error existit, qui omnes filios Adam tenebroso quodam funi suscepit, ut nemo ab isto sine labore, dolore, timore esse non possit? Quid *amor* ipse tot *rerum vanarum* atque noxiarum? Quid mordaces *curæ, perturbationes, mœrores, formidines*, insana *gaudia, lites, insidiæ, iracundiæ, inimicitiæ, circumventiones, prævaricationes, falsa testimonia!* Quis ignorat, cum quanta ignorantia veritatis, & cum quanta abundantia *vanæ cupiditatis* homo veniat in hanc vitam, ita ut, si dimittat vivere, ut velit, & facere quicquid velit, in hæc flagitia & facinora, quæ commemoravi, & quæ commemorare non potui, vel cuncta vel multa perveniat, sic ut humana fragilitas a ratione infirma occupetur, ut ait *Augustinus lib. 2. c. XXII. de Civ. Dei.* Etiam stante libertate arbitrii, quod est Pelagianorum, nemo liberari possit, nisi Redemtoris gratia & merito juvetur.

Quo merito fuerunt perfecta & nobis exhibita septem Ecclesiastica *sacramenta*, quæ, virtute Christi livoris omnium infirmitatum nostrarum medicinalia, ut idem dicit *Augustinus in Ps. VII.* dant fortitudinem & salutem. Quod attestatur *Hugo de Sancto amore parte IX. c. V.* inquiens, quod septem sacramenta

 sunt

funt fpirituales medicinæ, quæ corporibus foris adhibentur per vifibilem fpeciem, intus vero fanari animam per invifibilem gratiam, nobis infixam ex merito Chrifti paffionis. Quo merito caro expurgatur, dum in Chrifto renovatur, & hoc lavacro medicinæ, & hoc per *facramentum Baptifmi.* Animus roboratur, dum promiffione confirmatur fpiritu clementiæ, & hoc per facramentum *confirmationis.* Debilis vigoratur, dum per ipfum manducatur corpus Chrifti proprie, & hoc per *facramentum eucharifiia.* Lapfus homo relevatur, dum ipfe vivens operatur emendam Dei injuriæ, & hoc per facramentum *pænitentia.* Infirmus confortatur, fi infine perungatur oleo lætitiæ, & hoc per facramentum *extrema unctionis.* Humanus ftatus exaltatur, dum Chriftum imitatur in ordine militiæ, & hoc per facramentum *ordinis.* Fragilis folidatur a malo incontinentiæ, & hoc per facramentum *matrimonii.*

Ecce igitur, ecce, ô anima Chriftiana audifti virtutem falvationis tuæ, caufam libertatis tuæ. Sanguis Chrifti crucifixi fuit pretium redemtionis tuæ. Captiva eras, fed modò es reducta. Ancilla eras, & fic liberata es. Sic es exul reducta, perdita reftituta, & mortua refufcitata. Confidera, ô anima Chriftiana, & intende, quantum illi debeat tota fubftantia tua. Quia certe te fecit: Deberes amori te ipfam totam. Quia te redemit tam caro pretio, debes plus, quam te ipfam totam pro debiti folutione, ut dicit *Bernhardus.* Per fuam Ecclefiam clamat Chriftus quotidie. O homo vide quæ pro te patior! Non eft dolor, ficut quo crucior. Ad te clamo, qui pro te morior. Vide pœnas, quibus officior, vide clavos, quibus confodior. Cum fit dolor tantus exterior, interius eft planctus gravior, cum te tam ingratum experior. Adhære igitur illi importuna, ingrata anima, non te rejecit, laqueos amoris ejus fume. Sanat te dilectio fua, inpinguat te ejus affectus, impleat te amor ejus, & occupet te totam. Congruè igitur poft *fecundum* animæ patefactum *dubium* ad jungebatur *declarativa oftenfionis completivum peroptabile,* quo lucefcit ardor merentis novitatis, dicendo: *Sanati. Sanabat omnes virtus, qua ex illo exibat, Luc. VII.*

Sed quia accipienti bravium deficit curfus, & generaliter per adeptum terminum perficitur opus, inde dicebam, Sanctiffime antiftes, & orthodoxi Domini, quod anima, audiens, in tertia thematis particula concludi, *fumus,* monebatur ad tria petendum: *Eftne humana entitatis, aliud ut faciat ex conceffa ubertate, quam dicere videatur?* Cum nihil cenfeatur perfectum, quousque fuperat ad agendum, *V. q. I. Nihil. & XXXIIX. dift. Qua ipfis.* Si *fumus,* fcilicet fanati, non expedit, ut quid ultra faciamus. Si pœnalitates a peccato pervenerunt, liberati a peccato quomodo affligimur? Namfi peccata noftra, id eft, pœnas peccatorum noftrorum, ut dicit *Doctor Sententiarum in III.* pertulit in corpore fuo fuper lignum crucis, quomodo temporaliter omnes & æternaliter plurimi moriuntur? Si fumus fanati, quomodo omnes vocati, fed non omnes electi?

Infcia enim & ignara petit anima, acfi ei non conftet, quod effluxus falutis a Chrifto in homines non eft per naturæ propaginem, fed per ftudium bonæ voluntatis, qua homo ei adhæret. Unde quod a Deo unusquisque confequitur, eft perfonale bonum, & non derivatur ad pofteros, ficut peccatum, quod cum naturæ propagine adducit. Et hinc fequitur, quod, licet parentes per Chrifti livorem & paffionem fint a peccato originali mundati, non eft tamen inconveniens, quod pœnalitates ex peccato originali confequentes remaneant, etiam culpa fublata in omnibus, qui redemtionis fructuum participes funt. Non tamen per hoc fequitur, quod fufficienter non fuerimus fanati, & quod Chrifti crucifixi prædicta paffio etiam pro non electis non fuerit fufficiens ad fatisfaciendum, quantum fuit ex parte ipfius patientis. Imo, ut dicit D. *Gregorius,* fuit fufficiens caufa falutis, etiam quoad infimum mundum, fi imaginari poffet.

Sed pro pœnis & *exercitiis virtuofis* nobis

nobis relictis, non obstante Christi passione sufficientissima, est advertendum, quod quædam est causa sufficiens & completa, quæ non habet semper effectum sibi conjunctum nisi tempore determinato. Et est alia causa. quæ habet sibi semper effectum conjunctum; Verbi gratia, motus solis circa terram est causa eclipsis sufficiens, non tamen quolibet tempore relinquit istum effectum eclipsationis, sed in tempore determinato. Ignis vero est causa caloris, & semper relinquit istum effectum. Nunc ad propositum: Passio Christi fuit sufficiens & completa causa, qua sanati sumus, & sanamur a culpa, & a pœna. Sed tunc debet *pœna* considerari etiam dupliciter, uno modo, cum reatu separationis a Deo, sive carentia visionis; vel sine reatu, secundum quod est materia & exercitium virtutis, prout distinguit beatus *Gregorius super Job. IV.* quod est pœna, quæ infligitur homini propter reatum peccati, & est pœna, quæ ordinat ad præmium, sive ad meritum. Sic in proposito, passio Christi, in quantum est causa habens sibi effectum conjunctum, tunc delet non solum culpam, sed & omnem pœnam, quantum ad reatum. In quantum vero non sibi semper effectum conjunctum habet, tunc non delet omnem pœnam in præsenti, sed illam relinquit pro materia & exercitio virtutis; Illam tamen delebit in futuro, sive tempore determinato, cum corruptibile induet incorruptionem *I. Cor. XV.*

Et per hanc considerationem est necesse, quod *omnes*, non obstante dicta passione, *operentur virtuosa*, & fidei credant, ut per Christum regenerentur: Non propter peccatum tantum, quia sine ipso homo se totum, & quicquid potest facere, Deo debet; Sed pro materia & exercitio virtutis.

Nec tamen est contra ordinem & debitum, quod, sicut per livorem suæ passionis statim, cum ad ipsum accedimus, mundamur a culpa, sic subito non liberamur a pœna. Imo, ut dicit beatus *Doctor* in Sententia contra gentiles: Quod non statim illud consequamur, congruenter & utiliter factum est, propter tria: *Primo*, ut meritum fidei non minuatur, *Secundo*, ut propter temporalia Christum non consequamur, *Tertio, ut membra capiti Christo conformentur.* Duobus primis membris dimissis, de quibus prosequitur dictus sanctus Doctor: Pro tertio: Quoniam, sicut Jesus Christus multas passiones sustinuit, & sic ad immortalitatis gloriam pervenit, sic decuit, ut fideles pœnis subjicerentur, sic ut ad immortalitatem pervenirent. Quod clamitat Apostolus, *per multas*, inquiens, *tribulationes oportet* nos introire *in regnum Dei.*

Sed heu miseri, heu! credentes, cum mundo gaudere, & cum Christo in cœlis sine fine regnare! Certe expedit, juxta *Augustinum in sermone de nativitate virginis*, ut Redemtori suo semetipsum offerat, quicunque ad ejus consortium pervenire festinat; *Christi vestigia imitetur in via, qui cum eo gaudere anhelat in patria.* Nonne oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Qui enim patitur, laborat, remedia salutis animæ ut corporis quærit. O utinam tales essemus amatores vitæ permanentis, quales sumus transeuntis.

Quæ & quanta in orbe terrarum fuerunt discrimina enormia, lites, terrarum destructiones, sive forte melius *dilapidationes, Prælatorum abusiones, & totius cleri confusiones!*

Unde hæc evenerunt, Patres sacratissimi? Certe, ut dicit *Bernhardus*, quod obliti nostræ redemtionis, & ingrati, non desistendo, continuè malum malo addimus, ut clare prosequitur *Jeremias, III. Cap.* suæ prophetiæ dicens: *Quia facti sumus infideles, furtum omnes diligimus, munera & retributiones sequimur, non judicamus pro pupillo, & miserabilis causa viduæ non ingreditur ad nos, terra ponitur sursum, cœlum deorsum.* Libentius mundi vanitates, quam Christi crucifixi pœnalitates accipimus, pedes ponuntur super caput, facies à retro, interiora extra effunduntur, Deus conculcatur, terra deificatur, Diabolus honorifice suscipitur, Deus contumeliose repellitur.

Raptores, tyrannos, perjuros, Simoniacos, ignaros, & mundi destructores cum honore suscipi-

suscipimus, & quod forte pejus est, *malis sumtibus procuramus.*

Bonos vero, *justos*, *zelatores*, *virtuosos*, *scientificos*, *devotos & spirituales*, adinventis legibus, novis coloribus, & fictis utilitatibus, *expellimus.*

Quis his se opponit, quis contra hæc se movet, quis condolet, quis remedium præbet, scilicet *nullus*, nisi livor & passio Christi crucifixi Jesu.

Nota, ut extrahitur ex *Augustino super Johannem*: Ita in Christo cuncta complectuntur, ut morborum, quibus corpora peccatis suis premunt animas, ibi medicina præpolleat.

Ibi *superbia* non invenitur: In forma Dei existens semet ipsum exinanivit.

Simoniaci fugantur, in vendentium de templo ejectione.

Puniuntur *schismatici* & hæretici, in arboris incisæ combustione.

Pastores instruuntur, in prævenienti passionis ministrorum præsentatione.

Præcluditur *ira*, dum sicut ovis ad occisionem ducitur. *Incontinentia* exprobratur, dum virgini virgo commendatur. In cruce existens & sitiens inebriat. Nudus existens virtutis vestimentis ornatur. Ejus manus ligno conclavatæ nos solvunt. Pedes confossi nos currere faciunt. Emittens spiritum vitam inspirat. In ligno decedens ad cœlestia vocat.

In eo videtur, quomodo pueri, viri & senes operentur. Cives civibus, gentes gentibus prorsus omnibus ad invicem compati ostenditur. In eo docentur Reges proficere populis. Monentur populi se subdere legibus. Ibi ostenditur, quibus honor debeatur, quibus reverentia, quibus timor, quibus consolatio, quibus admonitio, quibus coërcitio, quibus disciplina, quibus objurgatio, & quibus supplicium.

O igitur indurati filii Adam, quos non emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam urgens ardor amoris, tam vehemens amator, qui solum pro vilibus sarcinulis tot & tanta pretiosa remedia dedit, tradidit & monstravit. Hœc *Bernhardus.*

Sic ergo patet, quomodo livore Christi, ut diximus, sanati sumus, propter quod concludebatur *consecutivæ positionis inductivum delectabile*, quo clarescit *valor operantis veritatis*, quando dicebatur: *Sumus.*

Vivimus modò & sumus, *Act. XVII.* Igitur, ut dicit *Bernhardus*, admiremur, gratulemur, amemus, laudemus: quoniam per Redemtoris nostri mortem vocati de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de exilio ad patriam, de luctu ad gaudium sumus. Merito ergo, ô tu quisque homuncio, peccata, crudelitates & scelera tua dimitte, & tracta de his, quæ debes salvatori tuo. Imo, ut dicit *Anshelmus*, ubi supra: *Considera, quid tibi erat, & quid tibi factum sit, & pensa, qua tibi fecit, quo amore* sit dignus. Intuere necessitatem ejus, & quas gratias reddas, & quantum debeas amori ejus, & expavesce memorando. Vocavit enim te per suam passionem nomine novo, quod tibi de nomine suo dedit, & incurvatum ad aspectum ejus te erexit: Confide, ego te redemi, animam meam pro te dedi, si adhæres mihi, & mala, in quibus eras, evades, & in profundum, quo properas, non cades, sed perducam te ad regnum meum, & faciam te hæredem Dei, & cohæredem meum, in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Quod facere dignetur ipse crucifixus Jesus, qui in Trinitate perfecta benedicitur & laudatur. Amen.

Explicit *Sermo* compositus & *recitatus* per Dominum fratrem *Albertum de BonChristianis* de Florentia, *Episcopum Forliviensem*, Baccalaureum formatum in Theologia, fratrem Servorum Sanctæ Mariæ, in *die veneris sancta* &c. *In Concilio Constantiensi*, An. M CCCC XVIII.

TOMI V. PARS VI.

COMITIA PRINCIPUM CONSTANTIENSIA,

Ut & Diplomata ac Bullæ Cæſaris Sigismundi ac Pontificum, Johannis & Martini, Conſtantiæ in Concilio edita,

Nec non Epiſtolæ Magnatum, de rebus in Concilio geſtis.

NOn minus *auguſtum Concilii decus*, quod præter res Eccleſiæ, tractatæ quoq; & expeditæ à Cæſare & Principibus *in Curia* & Camera *Cæſarea*, *Conſtantiæ*, in Palatio Cæſareo, in Auguſtinianorum Monaſterio, res civiles Imperii, arduæ difficiles & intricatæ, quæ partim ſupra Tomo IV. data occaſione ſubindicatæ, partim ex omnium *Principum tabulis*, quin & nationum urbiumq; Imperii *Chronicis* uberius conſtabunt. Conſ. ſupr. *Prolegom.* hujꝰ Tom. V.

Quorum *Conſtantienſium Comitiorum* numerum, ſucceſſum, decreta, fata, nec locus hic capit, nec ſatis adhuc eruta, vel illuſtrata.

Quo pertinent *Cæſaris Sigismundi*, imo & *Pontificum*, Diplomata & Bullæ, Concilii negotia proxime quæ non attingentu, in Concilio tamen edita ac promulgata. Quæ paſſim in *Archivis* deliteſcunt.

Quo ſpectant etiam *Epiſtolæ Magnatum*, quas in Concilio de rebus & fatis ad exteros, vel exteri ad Concilium, perſcripſere. Quæ ſimiliter in abſtruſis chartarum tabulis, cavernis aut ſepulcretis, in diverſis regnis hærent, ac ſui interitum non pertimeſcunt ſed ſentiunt, neque effugere poſſunt.

Ut nihilominꝰ præter illa, quæ Tom. IV. cōmodis locis inſerta, alia hic cupido lectori offeramꝰ, paucula exhibemꝰ, ex quibꝰ de reliquis augurium capere poſſit.

JOHANNIS PAPÆ Privilegium

Quod apud quamlibet ex St. Martini & St. Catharinæ Eccleſiis Brunſvicenſibus *Scholæ* inſtitui & teneri poſſint.

In Conſtantienſi Concilio, proxime ante fugam ejus e Concilio, indultum. Quod poſtmodum Martinus V. Papa, à fine Concilii, Florentiæ novo diplomate confirmavit.

Ex MSCto Archivi Brunſvicenſis.

In MSC. Brunſ. JOHANNES SERVUS SERVORUM DEI, ad perpetuam rei memoriam.

Sinceræ devotionis affectus, quem dilecti filii, *Proconſules*, *Conſules*, *& univerſitas oppidi Brunſvvicenſis*, Hildeſemenſis & Halberſtadenſis Diœceſeos, ad nos & Romanam gerunt Eccleſiam, non indigne meretur, ut *petitiones eorum*, illas præſertim, *per quas hi, qui natura ſunt dociles ad exercitium primitivæ diſciplinæ, per loca debita diſponantur*, quantum cum Deo poſſumus, ad exauditionis gratiam admittamus.

Sane *petitio*, pro parte eorundem Proconſulum, Conſulum & univerſitatis nobis nuper exhibita, continebat: Quod, licet *in eodem oppido ſeptem*, ſeu plures, & præſertim *S. Martini* & *S. Catharinæ* inter alias non mediocres *parochiales Eccleſiæ* exiſtant, tamen de quadam *conſuetudine*, quæ, ut ab aliquibus aſſeritur, *per nos confirmata* exiſtit, *duæ duntaxat ſcholæ* pro Juvenibus in primitivis & Scholaſticis diſciplinis imbuendis, videlicet *una apud monaſterium St. Ægidii* ordinis St. Benedicti, & *alia apud St. Blaſii*, infra, & *tertia apud St. Cyriaci*, extra muros dicti oppidi *Eccleſias*, conſiſtant. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, nonnulli pueri oppidanorū & incolarum ejusdem oppidi in ipſis

ipsis disciplinis imbuendi, *propter nimiam distantiam*, & frigus intensum, quod hyemali tempore in partibus illis communiter viget, *Scholas* ipsas *negligant frequentare*, in eorundem oppidanorum & incolarum non modicum præjudicium atque damnum: Pro parte dictorum Proconsulum & universitatis fuit nobis humiliter *supplicatum*, ut ad hoc, quod *pueri ipsi scholas præfatas diligentius frequentent, & in disciplinis* præfatis *aptius erudiantur*, quod *apud quamlibet St. Martini & St. Catharina* Ecclesiarum *hujusmodi consimiles schola habeantur*, & exinde in eisdem Ecclesiis cultus divinus augmentetur, statuere & ordinare de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, attendentes, quod per hoc disciplina nec non divinus cultus in eodem oppido poterit augmentari, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus & etiam *ordinamus*, quod etiam *apud quamlibet ex St. Martini & St. Catharina Ecclesia* hujusmodi *consimiles Schola institui & teneri, prefatique pueri in eisdem instituendis & tenendis scholis in grammaticalibus & hujusmodi primitivis disciplinis erudiri valeant*: Consuetudine ac confirmatione prædictis, nec non constitutionibus Apostolicis ac legibus Imperialibus, quascunque etiam pœnas continentibus, & aliis contrariis non obstantibus quibuscunque.

Nos etiam ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ statutæ ordinationis & constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotẽtis Dei & beatorũ Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. *Datum Constantiæ, VI. Kal. Martii*, pontificatus nostri anno quinto.

N. G. de Pistorio, Goswinus.

REGIS SIGISMUNDI
Privilegium
de non evocando.
Brunsvicensibus in Constantiensi Concilio datum.

Sigismundus Dei gratia *Romanorum Rex semper Augustus*, & *Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex*, Ad perpetuam rei memoriam.

